# OSCENSIS VETVSTISSIMI GYMNASII, ADVERSVS NOVAM CÆSARAVGVSTANI ATTENTATAM EREctionem,

IVRIDICA PROPVGNATIO, MARTINI MONTER I. V. D. ac in Alma patriæ OSCENSI Academia Iuris Ciuilis interpretis Primarii.

Ad illuſtriſsimum dominũ D. Simonem Frigolam, ſupremi Senatus Regni Aragonum, totiuſq; eiuſdem inſignis coronæ, Vicecancellarium meritiſsimum.




Annuente illuſtri Domino D. Thoma Cortes, Canonico Sedis Oſceñ. Officiali & Vicario generali Epiſcopatus & Diœceſis eiuſdem.

OSCAE,
Excudebat Ioannes Perez à Valdiuielſo, Oſcenſis Academiæ Typographus, anno 1585.

UVA.BHSC

UVA.BHSC

# ILLVSTRISSIMO DOMINO D. SIMONI FRIGOLÆ, SVPREMI SENATVS Regni ARAGONVM, totiuſq; eiuſdem ſplendidæ Coronæ Vicecācellario digniſſimo.

## MARTINVS MONTER, I. V. D. OSCENSIS, S. P. D.

QVI aliorum ſtudia non vili meditatione adiuuare conantur ( illuſtriſsime Præſes ) aut ſcribēdo id efficiant neceſſe eſt, aut certè docēdo. Vtranq; ego viam ab initio ætatis aggreſſus, magis id profectò vt vellē, quàm quòd poſſem: ( neq; enim pares voluntati vires erant) ſed bono tamen animo ingreſſus, vt æqualibus ſaltim meis prodeſſe valerem, operam dedi. Scribendi autem munus hoc graue, cum multa, quæ me deterrerent, eſſent, nihil quod alliceret, neſcio quo ſuſceperim fato: nam ambitione nulla commotum eſſe me, deiero. Ad docendum verò publicè accitus, ſi cui eo in genere opera eſſe mea vtilis poſſet, non recuſaui, Deo auctore, docendi quoq; duram prouinciam ſuſcipere. Alterum ſi ſubirem laborem, in quo me exercerem, ſatis habiturus eram negotij. Ad vtrunq; autem aſpirare, cum per ætatem vix alteri par eſſe poſſem, inconſideratè factum eſſe, videretur. Sed vtroq; tamen in genere, ne aut officium, ſi quod in me ſit, aut obſequium fruſtra meum deſideretur: experiundo, malui ingenuè patefacere me, quàm diſsimulādo ambitioſè fingere. Celeriter autem ad hoc ſcribendi munus pro opportunitate prorumpere non ſum veritus, cum illud ſeſe mihi offerat negotium, in quo pro ſplendido communis patriæ nitore, non gladio, neq; haſta, ſed ciuili potius dimicādum ſit ratione. Et vt veri inueniendi cauſa, vtq; rem occultiſsimam aperiam, & in lucem proferam, quæſtionem propoſitam in vtranq; partem mouere inſtitui. Quod non oſtētatione aliqua adductus, aut ſtudio certandi, ſuſcepi. Sed vt verum inuenirem, falſa à veris, & quæ non poſſunt, citra iuſtitiæ iniuriam, percipi, ab his quæ poſſent, diſtinguerem. Nec clam me eſt multa, eaq; non vulgaria, hac de re anteactis diebus, emicuiſſe patrocinia, habereq; & hanc noſtram Academiam iurecōſultos plurimos, ac longè clariſsimos, qui, quod ego iuriſprudentum omnium infimus iam tentare aggredior, multò melius fœliciuſq; præſtiterint. Sed & horum omnium vt ſua quemq; diſtrahunt negotia, ita ſua cuiq; dos eſt. Quid quòd, cum ſcriptoribus omnibus vnum idemq; veritatis, ex ijs, quibus merſa iacet, tenebris, in apertum proferendæ ſtudium eſſe propoſitum debeat, non eſt quòd eandem ſæpius incudem tundere cuiuſquam auctoritate deterreamur. Non eſt etiam quòd alios no-



UVA.BHSC

biſcum in partem quandam & quaſi ſocietatem gloriæ venire indignemur. Non enim vni omnia videre,æquus,ac benignus munerum ſuorum largitor Deus Opt. Max. dedit: cui,cum acceptum ferre me,par ſit quantulumcunq; eſt,quod in hoc reſponſo præſtiti, nihil de ipſius vtilitate, quæ & patet ipſa per ſe, nec magna eget commendatione,dicam,nec munus noſtrum verbis ornabo, quod licet alijs pōderoſum,tibi tamen ipſi perpuſillum viſum iri ſat ſcio. Nec eò minus laboris noſtri te primum eſſe cenſorem volui,tum quòd negotij grauitas,cuius acerrima controuerſia nunc inſtat,vel te ipſo omnium maximo finitore,pro vniuerſæ regionis trāquillitate diffiniri facilè poſsit: Tum quòd opuſculum hoc,tua grauiſsima cenſura,tutius per ora vulgi volitabit. Neq; me iſtud ſuſcepiſſe credas,vt ornamentum dignitati tuæ,longè omnium ampliſsimæ,darem, ſed quò verius inde ego aliquid ſplendoris acciperem,neq; vt memoriæ nominiq; tuo conſulerem,ſed vt officio,ac pietati meæ ſatisfacerem,quo quomodo poſſem. Gloriam verò tuam illuſtrabit ſatis ſuperq; ſuperior vita,quam tu integerrimè,atq; honeſtiſsimè tranſegiſti,cum ſanè is tu ſis,qui in excelſa iſta dignitate tuis maximis exigentibus meritis à P H I L I P P O optimo,potentiſsimoq; Rege noſtro collocatus: exemplum præſtas maximum, quod imitari,ac ſequi valeant illi, qui ſanctiſsimum vitæ inſtitutum ſibi parare,optimamq; vitam viuere cupiunt. Vnde & hoc tibi potiſsimùm vendicas,quòd cum poſt ſummum Regem noſtrum vitæ morumq; integritate, animi excellentia,ac demum dignitatis amplitudine emineas,atq; præſtes,ſolus diligendus occurras,qui præter cæteros, de hac iuris controuerſia,tersè,accurateq; ſis diiudicaturus. Tu inquam, qui maxima & infinita, quæ ad iuriſprudentiæ ſublimitatem attinent, veraciter intellexiſti. Diuinam ſapientiam tuam nollem prætermittere,cum qua humanarum artium ornamenta fideliſsimè coniunxiſti: ita vt non mentiatur quiſquam in hac ciuilium legum excellētia,qui te pleno ore virum vniuerſalem nuncupauerit. Quæ cum ita ſint,non potui huic cauſæ (vt opinor) iuſtiſsimæ patrocinium hoc exile non inſerere, quod Dominationi tuæ illuſtriſsimæ nūquam dicare,perterritus ſententia ad Phormionem Hannibalis, auſus fuiſſem,niſi me & tua (quam clara fonte & reiecto ſupercilio paſsim omnibus exhibes) humanitas, & propenſa in viros literatos beneuolentia, reuocaſſent. Quod ſi tibi propugnatio hæc probetur,non noſtratibus modò acceptam,ſed apud omnes gentes & nationes gratioſam,ob præſtans iudicium tuum,fore exiſtimabo. Eam verò Typis excudendam curaui,eo compendio vſus, ne cum ad te,nonnulloſq; alios diuerſis eam exemplis deſcriptis,eſſem miſſurus, eiſdem deſcribendis defatigarer. Interim tamen Deum Opt. Max. precor, vt te diu tuo perfrui beneficio gaudeamus, & proſpera incœpta pares ſequantur euentus. Vale Præſes maxime,cui me totū (quantus ſum) dico,dedicoq; & huic meo fætui protrito, ſi non graueris, dabis ſplendorem. Iterum benè vale. OSCÆ,decimoquarto Septēbris

1585.

UVA.BHSC

# SVMMA RERVM IN HOC PATROCINIO CONTENTARVM.


1 DE poteſtate Principis diſceptare periculoſum eſt.
2 Quæ peccati ſunt Deus minimè poteſt.
3 Crudelis eſt illa Principis poteſtas, quæ ſine rationis regula abſolutè procedit.
4 Totum, qui tollere poteſt, partẽ adimere nõ prohibetur, maximè vbi inter vtrũq; caſum eadem ratio concurrit nu. 5.
6 Plus & minus circa eandem rem etſi qualitas ſit, rei tamẽ ſubſtantiã nõ immutat.
7 Proprium eſt Principis donare liberalitatemq́; exercere.
8 Separata vnire, vnitaq́; ſeparare, Principes poſſunt.
9 Priuilegium ſubditis conceſſum, etiam ſi ex eo ius quæſitũ ſit, tollere poteſt Princeps.
10 Priuilegium, ex quo directi aut vtilis dominii tranſlatio ſequuta eſt, tolli nuſq̃; per principem poteſt.
11 Gratia quæcunq; priuilegiũ appellari poteſt.
12 Princeps aliquid (vt Princeps) concedens ad libitum reuocare poteſt.
13 In Principe, quodlibet debile motiuum, iuſta cauſa eſſe cenſetur, vt poteſtatis plenitudine vti poſsit.
14 Cõceſsio à Principe proueniens, cuius executio cauſam non habet momẽtaneam, ſed ſucceſsiuam, per Principẽ quo ad futura reuocari poterit.
15 Non poteſt quis ſibi eam legem imponere, vt reuocare actũ à ſe geſtũ nõ poſsit.
16 Priuilegium Principis (quod à ſola ipſius poteſtate progreditur) contractui precarii aſsimilatur.
17 Ex confirmatione ſubſequuta, mediante clauſula ex certa ſcientia, noua conceſſio oritur.
18 Principem non decet vni conceſſa alteri largiri.
19 Tria humanos actus perficiunt, voluntas ſcilicet, poteſtas, & cauſa iuſta.
20 Argumentum ab enumeratione partium (vt ſubſiſtat) illud expetit, quòd partibus ſolicitè enumeratis, illarum nulla omittatur.
21 Circunuentio facilè in Principe contrahitur, ex multitudine priuilegiorum, quę ab eo conceduntur.
22 Clauſula motus proprii in prohibitis concedenti, non reddit innoxiam conceſsionem Principis, à vitio ſubreptionis.
23 In eo qui negotiorũ multitudine prægrauatur ex curſu decennii obliuio præſumitur.
24 Argumentum à cõceſsione veriſsimiliũ, etiã in largitionib⁹ Principũ, locũ habet.
25 In ſecunda cõceſsione Principis, priori cõtraria, ius ex priori proueniens, ſemper reſeruatum cenſetur.
26 Etiam fauore pacis, Princeps iuri tertii derogare velle non præſumitur.
27 Princeps omnes ſuas gratias reuocans, de his ſenſiſſe non intelligitur, quæ per viã contractus conceſſę fuerunt.
28 Prioris donatarii, aduerſus ſecundũ, rei vẽdicatione agentis, potiora ſunt iura.
29 Tribus modis ſubreptio committitur.
30 In Principe maior, quàm in inferioribus, ſubreptio intercedere creditur.
31 Subreptio non inficit, vbi quis taceret id, quo etiã non expreſſo, veriſsimiliter Princeps concederet.
32 In reſcripto ſubreptitio, cõcedentis volũtas ſubreptitia pariter exiſtimatur.
33 Subſiſtente cauſa, propter quam aliquid conceſſum fuit, voluntas quoq; durare intelligitur, & nu. 34.
35 Volũtas mutata non cenſetur in eo actu ex quo alicui ius quæſitum fuit.
36 Voluntatis coniectura à cõgruo, iuſto, honeſto, validoq; ſumitur.
37 Principis voluntas ſemper ad ſibi poſsibilia refertur.
38 Decentia quæ ex conſeruatione honoris proprii prouenit, maximè eſt attendẽda.
39 In Principe maior honeſtas atque iuſtitia quàm in cæteris expetenda eſt.
40 Neminem, niſi id quod dixerit, velle, iura præſumunt.
41 Voluntas quantumcunq; certa, ſi tamen erronea ſit, valet nihil.
42 Generalis ſermo, loquentis perſonam minimè comprehendit, & nu. 51.
43 Confirmando id quis ad quod ſeruandum tenetur, integram fidem præſtat.
44 Vbi aliquis lædi poteſt, cõcedi non debet ſine matura cauſæ cognitione.
45 Naturæ lex ſuadet, ſine cauſa ius alteri tollendum minimè eſſe.
46 Cauſæ cognitio quot requirat.




UVA.BHSC

47 Iuramētum vim habet clauſulæ derogatoriæ.

48 Nihil excitatur ad actū niſi per potentiā.

49 Priuilegia quādoq; inciuilia à Principe ꝑueniunt ob petentium importunitates.

50 Clauſula derogatoria vim & poteſtatē in contrarium diſponendi,tollit.

52 Iniuriam ſibi Princeps facit cum prædeceſſorum conceſsiones perturbat.

53 Principis ſucceſſores pacta prædeceſſorū ſeruare tenentur, adeo vt de poteſtatis etiam plenitudine cōtrauenire non poſſint nu.54.

55 Conceſsio ſub nomine dignitatis facta,ad ſucceſſorem tranſit.

56 Ex præfatione ipſa finalis concedentis mens colligitur.

57 Gratia ob remunerationem conceſſa,notiſsimos priuilegii fines excedit.

58 Ob remunerationem conceſſum,donationem non infert,ſed contractum.

59 In Principe, ſuo contractui cōtrauenīete, cauſa non præſumitur.

60 Naturale ius,fortius quàm dignitas Principis,præmit.

61 In ore Principis,quàm in aliorum,veritas firmior eſſe debet.

62 Noua ratione oſtēditur,priuilegiū remunerationis cauſa cōceſſum;tolli nō poſſe.

63 Principi rationē reddenti,credendum eſt.

64 Gratia dicitur,quaſi gratis data.

65 Quòd quid motu proprio,& ad ſupplicationē cōcedatur,repugnātiā nō cōtinet.

66 Priuilegium prout in totum tolli non poteſt,ſic neq; in parte.

67 L. perfecta donatio, C. de don. quæ ſub. mo. in Principe locum habet.

68 Voluntatem nullam habere Princeps videtur in eo quod contra ius facit.

69 Cauſa vt cuiq; negotio ſeruiat,tria exigit neceſſaria.

70 Ex petitionis forma,priuilegiū regulatur.

71 Ferēdus non eſt is,qui in eo q̄ facit,magis vt præſit,quàm vt proſit,accedit.

72 Ambitioſus à dignitate arceri debet, eiq; potius auferendus, quàm impendendus eſt honor,& nu.73.

74 Ob penuriam & hominum paucitatē,nō concedenda aliàs,conceduntur.

75 Præceptorum animum auget atq; recreat auditorum numerus.

76 Omnis regius actus, ſuper æquitate fundari debet,& nu.113.

77 Supplicans ſibi aliquid,cōtra legis tenorem concedi,legis peruerſor eſt.

78 Alterum lædere,& ſibi lucrari,impiū eſſe, iura cenſent.

79 Principis intentio illa eſſe creditur,vt alicui præiudicare velle,non credatur.

80 Inconſtantia,in Principibus,damnanda.

81 Decet,verbum, ad Principem relatū,honeſtatem inſinuat.

82 Principem decet,vni cōceſſa,alteri nuſq̄; conferre.

83 Loci amplitudinem quandoq; cōprimere & reformare,expedit.

84 Scholaſtici non debent ludiis vacare.

85 Honor ex numeroſitate vileſcit.

86 CHRISTVS Seruator,cum docebat,in montem aſcendebat.

87 Mediocritas in rebus,digna eſt commendatione.

88 Scholaſticis, priuilegia conceſſa fuerunt multa,ob varias eorum expenſas.

89 Non expedit in Regno exiguo,Gymnaſia multiplicari.

90 Ex diuiſione corporis vniti, aditus ad deſtructionem eiuſdem paratur.

91 Diuiſio regni,actū publico fauori obuiantem & contrarium,continet.

92 Duo metropolitani, in prouincia eadem, eſſe non debent.

93 Noua moliri,probabili nō caret periculo.

94 Confuſio fugienda prorſus eſt.

95 Iuſtam,à iure cōmuni recedendi,cauſam, præbet,pacis conſeruatio.

96 Ciues ad concordiam reducere,Reip. intereſt.

97 Voluntas facto magis, quàm verbis oſtēditur.

98 In prohibitis impetrari,obtentū, non ſine importunitate concedi,intelligitur.

99 Studiorum cauſa maximè fauorabilis eſt.

100 Clauſula non obſtantium,reſcriptū aliàs inutile,firmat.

101 Vbi in reſcripto clauſula motus proprii, vel ex certa ſcientia inſeritur, importunitatis obſtaculum minimè offendit.

102 Vbi Princeps aliquid vult,de ratione voluntatis quærendum non eſt.

103 Reſtaurationis cauſa fauorabilis eſt.

104 Publicam vtilitatem ciuitatū erectio concernit.

105 Priuilegia quaſi legē priuantia,dicuntur.

106 Antiqua conſuetudo ſine aliqua innouatione ſeruanda eſt.

107 Nobilitas,apud Reges & Principes,multum præſtat.

108 Priuilegium quandoq; conceditur in memoriam priſtinæ dignitatis.

109 In his,in quibus ſolus Princeps poteſt,voluntas cum poteſtate confunditur.

110 Liberalitas, in Principibus ſolet plerūq; eſſe cauſa conceſsionum.

111 Dictio,quamplenisſimè quid importet.

112 Princeps ſicut ſubditorum iura in totum tol-

UVA.BHSC

lere non poteſt,ita nec minuere.

114 Principem participem eſſe doli, execrabile eſt.

115 Princeps contraueniens factis prædeceſſorũ,ſibi ipſi aduerſari videtur,& n.148.

116 Priuilegium erigendi Gymnaſium Oſcẽſibus conceſſum,quorumcunq; locorum huius Regni Aragonũ,prohibitiuũ eſt.

117 Vnius incluſio,alterius eſt excluſio.

118 Fine denegato,qualecunq; principiũ denegatum cenſetur.

119 Perſonis è medio ſublatis, ciuitas ipſa ruit.

120 Negationis quæ ſit facultas.

121 Negatiua indefinitè prolata, de proprietate ſermonis,æquipollet vniuerſali.

122 Clauſula derogatoria ſemper habet implicitam negationem.

123 Tenor verbaq; priuilegii in omnibus præcipuè attendi debent.

124 Pœna adiecta prohibitioni nullæ,eam iuſtificat,ipſaq; committitur.

125 Animaduerſio(non contemnenda)pertinẽs ad cap.ſuper ſpecula,extra de priui.

126 Prohibitio, prohibitiui addita, potentius prohibet.

127 Quòd doceri publicè in Gymnaſiis poſſit,eſt de genere prohibitorũ,& nu.157.

128 Exceptio,in non exceptis,firmat regulã in contrarium.

129 Vbi diminutio ſine augmento induci nequit,illud operatur.

130 Exceptionem inutilem reddi, ferendum non eſt.

131 In quibus liberè Princeps poteſt, ſola generalis ratio ſufficit,

132 Inter bonum & malum, vti optimus iudex Princeps accedit.

133 Notabilia quæ ſunt,niſi ſpecialiter exprimantur neglecta cenſentur.

134 Oſcen. ciuitas, ſtudiis maximè opportuna æſtimatur.

135 Peſtilens locus dicitur, quaſi in palude exiſtens.

136 Aëris temperies neceſſaria valdè eſt loco vbi Gymnaſium erigi debet.

137 In aëris habitu maximè conſiſtit ſanitatis conſeruatio.

138 Probabilis eſt illius fundi affectio,in quo eſt aëris temperies.

139 Amœnitas loci maximopere ſtudiis conuenit, à locoque auferenda non eſt,& nu 140.

141 Solum Oſcẽſe(vulgò la hoya de Hueſca) ob eius frugalitatem vbiq; commendatur.

142 Amicis hodie magis egemus, quàm igne & aqua.

143 OSCENSIVM innata proprietas.

144 Bononia ſic dicta, quòd ſuper omnia bona ſit.

145 Ciuitas quæ prope montes latet, locus aptus eſt pro ſtudiis.

146 Confirmatio priuilegiorũ per multos ſucceſſores facta,maximi momenti eſt.

147 Præſumendum non eſt Principẽ velle derogare priuilegiis ſolitis cõfirmari à prædeceſſoribus.

149 Ex confirmatione ſub illis verbis facta, & quatenus opus ſit de nouo concedimus,noua conceſsio oritur.

150 Superuenientia legitimæ cauſæ Principes excuſat dum à ſe geſta moderantur.

151 Mens confirmantis illa eſſe creditur, vt ſic confirmet prout conceſſum fuit.

152 Non licet Principi à præſumpto cõtractu recedere.

153 Longa priuilegiorum obſeruatio ipſorum priuilegiorum eſt fida interpres.

154 Dictio, quæcunq;, nullam patitur reſtrictionem.

155 Ex cõfirmatione quam Princeps faciunt, manus ſibi ligant circa contrariam conceſsionem.

156 Ex ſuperuenientia cauſæ nouæ,quæ non erat nota tempore prioris conceſsionis,licitum eſt iura tranſgredi.

158 Ex ratione nimis generali(cum rationes particulares cõtrarium ſuadent)iuris veteris mutatio induci non debet.

159 Cum ex liberalitate duo ſpecialia cõcurrunt,comprimenda eſt.

160 Inhabili facta conceſsio,vt teſtari poſsit, non includit caſum,quando omiſſa iuris ſolemnitate teſtamentum conderet.

161 Princeps non poteſt vti facultate ſibi innata,cum priuatorum incommodo.

162 Tex. in l. qui fundos, de om. agr. de ſer. lib.11.C.quomodo procedat,declaratur.

163 Limitatio ad l.in re mandata C.manda.

164 Princeps concedens aliquid in modũ priuilegii indiſtinctè reuocare non poteſt.

165 Confirmatio quantumuis ex certa ſcientia facta in præiudicium tertii non valet.

166 Vitium latens in principali diſpoſitione, confirmationem quibuſuis etiam clauſulis munitam,inficit.

167 Nattæ,conſ.657.per totum, declaratur in quibus terminis procedat.

168 In rebus nouis conſtituendis euidens vtilitas eſſe debet, vt à iure veteri recedatur.

169 Euidens illud dicitur, quod ſemper palã eſt,ſemperq; apparet.

170 Princeps in terris lex eſt animata.

SPE-

UVA.BHSC

## SPECIES FACTI.

SERENISSIMVS PETRVS, eius nominis, 4. Aragonum rex, die 12. Martij 1454. ciuitati Oſcen. per ſe ſuoſq; ſucceſſores, conceſsit priuilegium, quo mediante liberam in dicta ciuitate Gymnaſij erigendi, poteſtatem cōceſsit, quam plurimis in dicta conceſsione adiectis clauſulis, enixam Regis cōcedentis voluntatem oſtendentibus, tenoris ſequentis. Ad ſubditorum noſtrorum ipſius ciuitatis Oſcen. humilem ſupplicationē, ad reparationē ciuitatis Oſcen. prædictæ, veluti orti fœlicitatis & fœcunditatis aeriſq; puriſsimi, & delicatorum victualium præ cæteris inſigniti, oculos noſtræ conſiderationis ſuper hoc vigiles duximus dirigendos, ad eius nanq; reformationem, ac ſtatum laudabilem tantò diligentius & ſpecialius aſpiramus, quantò ciuitas eius, ac ipſius honorabiles ciues antiquam nobilitatem, fide & legalitate, ac grata pariter & accepta prædeceſſoribus noſtris, nō minus etiam nobis, per vos impenſa ſeruitia ad veſtram crebrius reuocamus memoriam. Per nos igitur, & ſucceſſores noſtros, volentes ciuitatem eandem huiuſmodi gratiæ noſtræ prærogatiua potiri, tanquam honoris titulis decorare, gratis & ex certa ſcientia, ciuitatem prædictam auctoritate noſtra ad generale ſtudium præ cæteris locis & ciuitatibus Regni noſtri Aragonum eligimus de præſenti & ordinamus, volentes, ac firmiter ſtatuentes, vt in ipſa ciuitate ſit ſtudium generale de cætero, tam in Theologia, iure Canonico, quàm Ciuili, Medicina, Philoſophia, & artibus, ac etiam quibuſlibet facultatibus aliis & ſciētiis approbatis. Ita quod decætero nulla perſona cuiuſcūq; præeminētiæ, dignitatis, cōditionis, aut legis exiſtat, tam audax reperiatur, q̃ in aliquo Regni noſtri Aragonū loco Theologiā, Iura Canonica, vel Ciuilia, aut libros Medicinæ ſiue Philoſophiæ audeat aliquibus ſcholaribus legere, aut docere. Necnon ſcholares quicunq; præſumant infra Regnum noſtrum Aragonum alibi quàm in noſtro ſtudio Oſcen. ſacram Paginam (præterquam in Eccleſiis & ordinibus in quibus ſolitum eſt legi) præfatam Theologiam, Iura Canonica, ſciētiam Medicinæ, ſiue Philoſophiæ & quacūq; cauſa lectiones audire, alioquin iram & indignationem noſtram & pœnam mille aureorū, tam legentes, quàm audientes quoties contrauenerint ſe nouerint incurſuros, præſenti ſtatuto, ſeu priuilegio in ſuo robore duraturo. Addit vlterius. Hoc igitur donū ſolemne nos Rex præfatus mente gratuita ac etiā corde bono fidelibus noſtris Iuratis & probis hominibus, ac dictæ Vniuerſitati Oſcen. præſentibus & futuris, per nos & omnes ſucceſſores noſtros, cōcedimus & donamus, prout melius & pleniꝰ dici & intelligi poteſt ad veſtræ ciuitatis commodum & veſtrorum, non obſtan. &c.

Hocq; priuilegiū ſic prout ſupponitur cōceſſum, poſtea per Sereniſsimos Reges ſucceſſores, per Regē ſcilicet Ferdinandū Catholicū, die 19. Martij 1503. & ſucceſsiuè per inuictiſsimū Carolū quintū Hiſpaniarū Regē potētiſsimū, confirmatū fuit, die 5. Decembris 1533. horum verborum adiectione. Nos verò attentis ſingularibus ſeruitiis per Vniuerſitatem dictæ Regiæ coronæ multa fide & obſeruantia præſtitis, ſupplicationi eidem benigne annuentes, tenore præſentium ex certa ſcientia, regiaq; auctoritate deliberatè & conſultò, tam præinſertum priuilegiū, quàm reliqua omnia, per nos & Reges Aragonū cōceſſa, in fauorē dictæ Vniuerſitatis expedita, laudamus, approbamus, & cōfirmamus, ac quatenus opus ſic de nouo cōcedimus iuxta eorum ſeriem & continentiam, prout & quemadmodum dicta Vniuerſitas Oſcen. eis hactenus vſa fuit, & nunc eſt in eorum poſſeſsione & obſeruantia.

Subſequenter in curijs generalibꝰ Mōtiſoni celebratis anno 1564. per Sereniſs. pariterq; inuictiſsimū PHILIPPVM regē dñm noſtrum (nūc fœliciter regnātem) verbis valdè gratioſis & ſpecialibus hoc itidē priuilegiū ſolēniter cōfirmatum fuit hac verborū ſerie. Nos verò dictis & aliis reſpectibus moti quibus præfata Cæſarea maieſtas & alii Sereniſ. Reges moti fuerūt, cupiētes prędeceſſorū veſtigia imitari, & dictæ fideli noſtrę ciuitati proſequi, tenore huiuſmodi cartæ noſtræ de certa ſcientia, deliberatè & cōſultò prædicta & præinſerta priuilegia, & eorū quodlibet, ac omnia & ſingula in eis cōtenta à prima linea vſq; ad vltimā laudamꝰ, approbamus, ratificamꝰ, & cōfirmamus prout melius & plenius ciuitas prædicta Oſcæ, ſeu Iuſtitia & Iurati, cōſilium & Vniuerſitas ipſius hactenus vſi fuerūt, & ſunt in poſſeſsione eorundem. Declarātes quòd noſtræ intentionis non eſt, quòd per quæcunq; priuilegia cōceſſa noſtræ ciuitati Cæſarauguſtæ aliquod cauſetur præiudicium priuilegiis dictæ ciuitatis & Vniuerſitatis Oſcæ deſuper inſertis.

Demum poſt tot ſolēnes confirmationes, & poſt eam etiam à ſe inteporſitam, dicitur Diuum Carolum Quintum de anno 1542. ſimile priuilegium Oſcenſi, Cæſarauguſtanæ ciuitati conceſsiſſe. Vnde nunc non ſine probabili heſitatione dubitari contingit, id quod in præfatione conſilij noſtri habetur,

UVA.BHSC

# AVXILIVM A DOMINO.

3

EX THEMATE
præmiſſo dubitatio ori
tur: Num priuilegium
Regiũ, ſuper erectione
ſtudij, Oſcenſibus con-
ceſſum, prohibenſq; ne
alibi intra præſens Regnum Aragonũ,
quàm in ciuitate prædicta Oſcenſi ſtu-
dium erigi poſsit: ita Principes ſucceſ-
ſores afficiat, vt alteri Ciuitati, vel loco
facultatem erigendi ſimile ſtudium cõ
cedere minimè poſsint. Et mea quidem
ſententia hæc propoſita dubitatio non
leuis ponderis eſſe videtur, ſed pericu-
loſa nimis: tum quòd in ea verſetur illa
acris & diu agitata quęſtio: num ſucceſ-
ſores legem & facta prædeceſſorum tol-
lere poſsint: tum etiam eò quòd in ea de
poteſtate Principis agatur. Cuius gene-
1 ris diſputatio quàm periculoſa ſit, † col
ligitur manifeſtè ex l. diſputare C. de
cri. ſacri. quo loci, inſtar ſacrilegij ha-
bere, ſi de poteſtate Principis diſpute-
tur, Imperator reſcripſit. Qui enim de
poteſtate Principis diſſerit atq; conten-
dit, ipſi Principi ſuperiorẽ ſe facere co-
natur, ſedemq; ſuam ab Aquilone ponit,
tentando ſimilis eſſe altiſsimo, vt ele-
ganter Bal. ſcribit conſ. 359. poſt. nu. 1.
verſ. præterea executor vol. 1. in punctoq;
noſtro refert dominus præceptor meus
Aymo. Crauetta conſ. 241. nu. 2. & 3. vbi
alia addit: & tu addas eundem Bal. conſ.
318, nu. 7. ad fi. vol. 1. dicentẽ, quòd quic-
quid agitur ſupra legẽ abſoluta poteſtas
eſt, nec eſt ſubditorum corripere, quia
vt ait Ariſt. nullum inferius participat
de eo quod ſuperius eſt, ſed obedire opor
tet, ita Bal. vbi ſupra. Hac tamen in re
mentis meæ non eſt aliqua fari, quæ ſint
aduerſus ſupremã Sereniſsimi domini
noſtri Regis poteſtatem, & autoritatẽ.
Dicam ergo ſolum de regulata & ordi-
nata poteſtate, iuxta æquitatem & iuſti-
tiã. Qui ſanè ſermo (ni fallor) Sereniſ-
ſimo pariterq; Chriſtianiſsimo domino
noſtro regi PHILIPPO minimè
diſplicebit: quandoquidem ei diſplicere
non debet, non poſſe, quæ nec Deus opt.
max. poteſt. Deus † namq; opti. max. 2
nõ poteſt quæ mali & peccati ſunt, cap.
vlti. de pœni. diſti. 2. cùm non ſit potẽtiæ
defectus nolle iniqua & iniuſta, vt de his
latè diſſeriens tradit Aymo. d. conſ. 241.
nu. 20. Hinc ſcriptum eſt Ioan. c. 1. ſine eo
factum eſt, nihil: exponitur, ſecundum
aliquos, pro peccato, quod ſine Deo fa-
ctum eſt. Hæcq; vera Theologorum eſt
ſententia, Deum peccare non poſſe, vt
Cardi. Zabarella ſcribit conſ. 142. col. 1.
Idem de Principibus huius ſeculi dicen-
dum eſt: cùm, vt iuſtitiam adminiſtrẽt,
Dei loco ſint, Auth. de armis in prin.
Hincq; noſtri rectè ſcribunt, quod quã-
do Princeps abſoluta aliqua poteſtate
vtitur, ratione ſcilicet nõ regulata, quod
† crudelis ſit illa poteſtas, cùm in pec- 3
cando poteſtas poſita non ſit, cap. 1.



UVA.BHSC

40. diſtin. cap. ſunt quidam 25.q.1.Abb. in c. cum teneamur de præben. Et verè hic non dicitur defectus poteſtatis, ſed voluntatis: cùm iuſtiſsimus Deus quod malum & peccatum ſit, nolit. Cum ergo hanc peccandi voluntatem chriſtianiſsimum, atq; piiſsimum dominũ noſtrum regem PHILIPPVM (pro innata ſua erga Deũ religione, pariterq; verſus ſubditos clementia & benignitate) nõ habere omnibus ſit manifeſtum: credendum non eſt mea quidem ſententia, vt me de ſua poteſtate (quatenus rationi & æquitati ſubmittitur) tractãtem, ſereno, hilari, eodẽq; paccato vultu non excipiat. Et vt pro veritatis inueſtigatione ferro viam aperiamus. Primò aduerſariorum ſententiam inſtruemus. Deinde noſtrã propugnabimus. Tertiò tãdem & vltimò argumentis atq; telis iniectis, pro virili occurremus.

Ad primum igitur accedentes, dicendum prima facie videtur, Principẽ Auguſtum abſolutè facultatem erigẽdi ſimile ſtudium Oſcẽſi, Cæſarauguſtanis concedere potuiſſe: eo ante omnia, pro immobili præmiſſorũ fundamẽto, ſup-

4 poſito, quòd qui in totum tollere † poteſt, in parte etiam id valeat, ad tex. in l. non debet 21. de reg. iu. ff. & in reg. cui licet eo. tit. lib. 6. & ita in ſimili caſu Gozadi. arguit conſ. 5. nu. 20. Maximè verò id procedit, vbi inter vtrunq; caſum di-

5 uerſa ratio † aſsignari nequit, vt Abb. tradit in cap. paſtoralis. §. item cùm in totum in fi. ext. de offi. deleg. cum aliis per Deci. nu. fi. & per Cagnol. pen. allegatis in d. l. non debet. In propoſitoq; noſtro nulla diuerſitatis ratio inter vtrũq; caſum aſsignari poteſt: ex quo pariter in ambobus priuatio verſari videtur. Et ſolùm differẽtia conſiſtit de eo quod plus eſt ad id quod minus: quæ tamen nõ differunt ſpecie l. fi. ff. de fun. inſt. Maius enim vel minus, aut magis & minus reſpectu eiuſdem rei qualitas eſt quędam, quæ actum vel reddit ampliorem, vel anguſtiorem, ſubſtãtiam tamẽ non mutat, † ſicut eleganter Paul. Caſt. ſcriptũ 6

reliquit, conſ. 18. nu. 2. & ſeq. vol. 1. quo ſic ſtante, tota negotii cardo verſari videtur in probando Diuum Carolũ Quintum excelſæ memoriæ Principẽ (ſi voluiſſet) priuilegium per Sereniſsimũ regem Petrum Oſcenſibus cõceſſum, tollere & reuocare intotum potuiſſe. Quo probato, indubitata firmaq; ſubſultabit cõcluſio, eundem multo fortius potuiſſe tollere in parte, communicando idem priuilegium Oſcenſe, ciuitati Cæſarauguſtanæ. Quod verò in totũ tollere potuiſſet Cæſarea maieſtas, veluti potiſsimum huius diſputationis, ex ſequentibus probatur.

Et primò, nam ſicuti Principum pro- 7

prium eſt donare †, liberalitatẽq; exercere ſecũdum Bal. & Albe. per eum tex. in l. fi. ff. de cõſti. prin. vt meritò dictum ſit, principis liberalitatẽ freno non ſubiacere, nec comprimẽdam eſſe, l. pen, C. de dona. inter vi. & vxo. & vt egregiè Imperator reſcribit in l. fi. de agen. in reb. lib. 12. C. abſurdum & temerarium fore, per aſtutam interpretationem beneficia principum non ad augmentum, ſed ad diminutionem conuertere, de quo tex. adeundus eſt omninò Crott. conſ. 291. num. 35. & Natta. conſ. 504. num. 15. & conſ. 464. nu. 14. Ita proprium eſt Imperatorũ, vel Regum ſeparata vnire, † & 8

vnita ſeparare, vt poſt glo. no. Bar. & dd. in l. vni. verſ. ſed quæro an vna prouincia de Metropoli Beri. lib. 11. C. traditq; Paul. de Caſt. in l. ex hoc iure col. 4. verſ. capio ſecũdum, ff. de iuſti. & iure, vbi inquit poſſe Imperatorem de vna prouincia duas facere, & duas ad vnam reducere. Hocq; idem Iaſon voluit in l. ſi eadem



UVA.BHSC

dem nu. 1. ff. de offi. aſſeſſo. Albert. Bru-
nus conſ. 54. poſt nu. 8. ſicuti poteſt de
duobus officijs vnum facere, & alterum
in totum ſupprimere & abolere, l. fi. de
frumen. Alex. lib. 11. C. & multa his ſimi-
lia facere poteſt, de quibus per Bal. conſ.
327. poſt nu. 11. vol. 1. Hocq; ab excellen-
ti poteſtate Principum prouenit: cùm
in omnibus liberam diſponendi, alte-
randi, minuendi atq; mutandi faculta-
tem Principes habeant, vt tex. probat in
c. propoſuit, de conce. præb. & notatur
in c. cùm omnes, & c. quæ in Eccleſia-
rum, extra, de conſtitu. Ex inſita ergo
atq; innata hac Principum liberalitate
facultateq; excellẽti, quam in rebus ſibi
ſubiectis Principes habent: dicendum
eſt in ſpecie noſtra, potuiſſe Diuum Ca-
rolum tale priuilegium Cæſarauguſta-
nis concedere. Et hoc argumento in ſi-
mili vtitur Ferdi. Loazes in conſ. pro
Marchione, fol. mihi 73. vſq; ad 62.

Secundò hanc ſentẽtiam inſtruit tex.
in l. qui fundos, de omni agro deſer. lib.
11. C. per quem tex. dicit ſingulariter
Bal. in l. qui ſe patris col. 8. verſ. ſcias
9 quòd licet C. vnde lib. Principem † poſſe
priuilegium ſuum ſubdito conceſſum,
ex quo etiam ei fuiſſet ius quęſitum, ſine
cauſa reuocare. Hocq; idem voluit idẽ
Bal. in l. fi. ff. de ſenat. & omninò Inno. in
c. in noſtra, per eum tex. extra, de iniu-
rijs, probaturq; hoc idem in Auth. qua in
prouincia C. vbi de cri. agi. opor. prout
etiam in l. hæres abſens ff. de iudi. in qui-
bus iuribus, priuilegia iam conceſſa re-
uocantur. De hocq; eſt expreſſa glo. in
in c. decet de re. iu. in 6. & autoritas Pau-
li Caſt. in l. digna vox C. de ll. vbi ſin-
gulariter dicit, quòd vbi Princeps non
concedit per viam contractus, ſed per
viam gratię, conceſsionis, vel priuilegij
ſubditis, de plenitudine poteſtatis hoc
eis adimere poteſt, quãuis ius illis quæ-
ſitum foret: dũmodo ex illo priuilegio
vel cõceſsione ſequutus non ſit effectus
† trãſlationis dominij directi, vel vtilis, 10
vel non concedat accepta pecunia, quia
tũc, cùm ex illa cõceſsione cõuẽtio, aut
venditio procedat, reuocari minimè po
terit. Quod tamẽ in caſu noſtro dici mi
nimè poteſt: cùm dumtaxat conceſsio
gratiæ, vel priuilegij facta fuerit. Potuit
igitur Princeps de poteſtatis plenitudi-
ne liberè auferre. Quòd autẽ conceſsio
Sereniſ. Regis Petri priuilegij naturam
intenſiſsimè ſeruet, conſtat ex tenore cõ
ceſsionis, dum dicitur in ea etiam præſenti
ſtatuto, ſeu priuilegio in ſuo robore duraturo.
Quæ verba clariſsimè demõſtrant Se-
reniſ. Regem Petrum eam mentem ha-
buiſſe, vt velit priuilegium concedere,
prout in ſimili caſu, ex iſtis verbis priui
legiũ naſci, affirmat Areti. conſ. 76. nu. 1.
in fi. & ſeq. allegans tex. in c. Abbate Sã-
cti Siluani, extra, de ver. ſig. id quod etiã
probari videtur ex illis verbis priuilegij
ibi volentes ciuitatem eandem huiuſmodi gra-
tiæ noſtræ, nam quælibet gratia † priuile 11
gium appellari poteſt, vt Ioan. An. notat
in c. olim, de ver. ſig. in nouella, & tradit
ex eo Bal. in tit. de noua for. fidelitatis §.
1. nu. 4. Soci. conſ. 4. poſt nu. 6. & 7. vol. 3.
Et quia, vt idem Areti. tradit in c. nouit,
nu. 26. extra, de iudi. vbi per priuilegium
transfertur dominiũ ſequuta traditione
vera vel ficta, tũc tranſit tale priuilegiũ
in vim contractus: nec ſine cauſa reuo-
cari poteſt, cum eo caſu quæſitum ſit ali
quod ius ex cauſa iuriſgentium, at verò
vbi tale eſt priuilegiũ, per quod nõ quæ-
ritur aliquod ius de iuregentium, ſicuti
in priuilegijs immunitatis, exemptionis,
vel prælationis, & in caſu noſtro habẽdi
ſtudium generale, tũc quia manet in fi-
nibus priuilegij, abſolutè per Principem
reuocari poteſt. Et ita licet præſsius, in
puncto noſtro Soci. arguit conſ. 4. nu. 5.

b 2 vol.

UVA.BHSC

volu. 3. & Natta (ad quædam motiua ſic reſpondens) conſ. 512. poſt num. 14. nu. 15. & nu. 21. His accedat, quod Paul. Caſt. ſcripſit in l. Reſcripta C. de præc. Impe. offe. quo loci voluit, quod vbi
12 Princeps concedit † aliquid vt Princeps, illud ad libitum reuocare poſſit, quia illud priuilegium eſt, ſecus ſi vt priuatus concedat, & per viam contractus: at in ſpecie noſtra Sereniſ. Rex Petrus, vt Princeps tale priuilegium conceſſit: cum præter Principem id alius concedere non poſſet d. §. hæc tria, ergo per Principem, etiam quod eſſet ius quęſitum, tolli poterit, cùm facta ſit ſubdito, & in forma priuilegij. Ad quod ſimiliter ſeruit quod Angelus ſcribit per eum tex. in l. Antiochenſium ff. de priuileg. credi. dicens, ciuitatem concedẽtem aliquid ciui ſuo per ſtatutum, poſſe illud quandocunq; reuocare, iuſtaq; cauſa reuocandi eſt, quia ipſa ciuitas cõceſſit, quæ prout cõceſſit, ſic tollere poteſt, iuxta notata per Inno. in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtitu. extra. Et quodlibet debile motiuum mouens Principẽ, iuſta
13 cauſa † eſſe videtur, ad hoc vt Princeps de poteſtatis plenitudine aliquid facere poſſit, iuxta illud antiquum, ſi libet, licet, l. Princeps, ff. de leg. l. digna vox C. eo tit. Et præmiſſa vlterius corroborantur ex allegatis in facti contingentia per Iaſo. conſ. 56. lib. 1. quòd priuilegium cõceſſum à Sereniſ. Sabaudiæ Duce communitati Sauiliani, vt eam alienare nõ poſſet, nec in aliquem transferre, qui non eſſet de domo & proſapia Sabaudiæ, quòd in quam priuilegium tale tolli per Sereniſ. Ducem poſſit, cum per viam priuilegij ita conueniſſet: priuilegiumq; ſubditis conceſſum fuerit, neq; in contractum tranſijſſet, cum ab eis recepiſſet nihil, & tantò magis in præſenti caſu licebit id Principi, quatenus cõceſſio ipſa reſpicit cauſam, quæ non in momento † concluditur, ſed cauſam habet 14
ſucceſsiuam: quo caſu ſaltim quo ad futura reuocari poteſt, ex traditis ab Abb. in d. c. nouit, quem Natta ſequitur, (in propoſito ſuo exemplificans) in d. conſ. 512. nu. 24. & conſ. 657. nu. 7. & quòd reſpectu temporis futuri priuilegia per concedentem tolli poſſint, maximè vbi nullum reciprocum factũ Princeps ex priuilegijs conceſſis conſequutus fuit, tenuit in terminis Cynus, quem ibi Imo. ſequitur in l. non amplius §. ſi certum ff. de leg. 1. vbi quærit quid dicendum vbi ex forma ſtatuti ciuitas per ſingulos annos iure eleemoſinæ teneretur præſtare centum, ſingas fratribus minoribus, an tale ſtatutum reuocari poſſit: & poſſe concludit. Nam ſicuti ciuitas tale ſtatutum facere, ſic & tollere potuit, l. ſi quis in principio teſtamenti ff. de leg. 3. cum alijs, de quibus ibi per Imol. qui vt dixi Cyn. ſequitur, prout etiam ſequuntur dd. & Alexãd. in auth. caſſa, quæſt. 5. C. de ſacroſ. Eccle. Fulg. & Caſtren. in l. priuilegia eod. tit. ſi igitur ſecundum prædicta Princeps priuilegium ſubditis conceſſum ſine cauſa reuocare poteſt, multò magis ſucceſſor in dignitate id poterit, qui non conceſſit. Nam ſicuti ſibi ipſi quis † legem imponere non 15
poteſt, ne poſſit reuocare, d. l. ſi quis in princ. teſta. ita nec ſucceſſori imponere poterit, quia par in parem imperiũ non habet, l. nam Magiſtratus, ff. de arbi. l. ille à quo §. tempeſtiuum, ff. ad Trebell. & ita intelligi debet gloſ. in c. fi. de reſcrip. in 6. dum ibi dicitur, quod clauſula derogatoria non afficit ſucceſſorem. Tum etiam quia tale priuilegium Principis † videtur quodammodo pre- 16
cario conceſſum, argu. eorum quæ Bal. ſcribit in l. 2. q. 9. C. de ſerui. & aqua, dicens, quòd in cõceſsione iurium incorpora-

UVA.BHSC

poralium, prçſumitur quis ea magis habere & poſsidere precario quàm donationis titulo, arg. tex. in l.Lucius,ff. de dona.Sequitur ergo, quòd ſecundũ naturam precarij conceſsio reuocari poſſit,l.1.& l. cum precario,ff. de preca. ita vt nec Princeps poſsit adimere ſibi talẽ facultatem reuocandi, ſicuti etiam qui precario conceſsit non poteſt,d.l.cũ precario in prin. Tãdem dato quòd conceſſio facta per Cæſaream maieſtatem nõ valuiſſet(quod tuendo hanc partem negatur)ex quo eadem per ſummum Põ-
17 tificem Paulũ 4.confirmatur † ex certa ſciẽtia,dicẽdum eſt,ex ea cõfirmatione nouum ius naſci,quaſi quòd tunc nõ dicatur cõfirmatio,ſed noua cõceſsio,per quam cõfirmans de nouo dare videtur, ſecundum Bar.& dd.in l.& quia ff.de iuriſ.omni.iudi.& in terminis tradit Deci. conſ.341.nu.7.in verb. ſecũdus effectus. Ex his itaq; & alijs quæ allegari poſſent,cõſtat inuictiſsimum Cæſarem de poteſtatis plenitudine ius ſtudij generalis Oſcẽſibus conceſſum per Sereniſ.Regem Petrum,auferre potuiſſe:prout exiſtis à me propoſitis in terminis noſtris quæſtionẽ hãc ſic dirimit Marcus Antonius Natta, conſ.657. per totum,conſulendo ad fauorem ciuitatis Montisregalis contra ciuitatem Taurinenſem,à qua tranſlatum fuit ſtudium in dictam ciuitatẽ Montisregalis. Quòd ſi (vt dictum eſt) Cæſarea maieſtas, vt ſuperius reſoluimus poteſt in totum tollere & auferre,multò fortius,aut æquè poterit,cũ in totum nõ tollit,ſed in parte cõmunicãdo ciuitati Cæſarauguſtæ ius erigẽdi ſtudium generale cõcedit. Rẽ tamẽ ipſa longè melius & diligentius conſiderata, totus in cõtrariam ſententiam diſceſsi.

Et vt ſtrictius quàm fieri poterit,cauſam perſtringamus,vniuerſa huius negotij concertatio in eo ſita erit,vt probemus Diui Imperatoris Caroli conceſsionem Cæſarauguſtanis factam(ſuprema illius poteſtate circũſcripta,de qua propoſiti non eſt noſtri diſputare) iuſtitia ſuadente ſubſiſtere minimè poſſe. Quò autem facilius hanc eſſe veram ſententiam demonſtremus,prius illud præfabor:Sereniſ.ſcilicet Regem Petrum per ſe & omnes ſucceſſores ſuos, priuilegiũ generalis ſtudij Oſcenſibus conceſsiſſe, prout ex diſpoſitiua parte dicti priuilegij euidenter cõſtat,in verſ. hoc igitur donum ibi, per nos & ſucceſſores noſtros, & in verſ. igitur,ibi, per nos & omnes ſucceſſores noſtros concedimus & donamus. Quibus verbis ſtantibus, ſicuti reclamante honeſtate Sereniſ. Rex Petrus alteri cõcedere non poſſet(vt ſuo loco inferius probabimus) ſic neq; eius ſucceſſores,cùm vigore illorũ verborũ & ipſi prohibiti cẽſeãtur,ex his quę Bal.ſcripſit in tit.de pace cõſtãtiæ §.Opizoni Marchioni in gl. ver.ſucceſſorũ,quo loci Bal.inquit nõ debere Principẽ † priuilegia vni conceſſa 18
alijs largiri. Vnde iã cõuenit vt dicamꝰ talẽ cõceſsionem valere minimè poſſe.

Quod ſtrictius & 2.ratione forti demõſtratur,arg. ducto à partium enumeratione(quod validũ eſt in iure §.Omniũ vbi Iaſ.& Gome.nu.10.inſtit.de act.(ibiq; etiã declarant quo modo tale argumentum procedat)id autẽ eſt tale,Actus humani tria requirunt vt conficiantur † & 19
conſiſtant,conficientis volũtatem,eiuſdem poteſtatem, ac tertiò cauſam honeſtam & iuſtam,glo.1. in l.ſi filiæ C.de dona. ante nup.& in c.ſuper Abbatia,de offi.de leg. late Neuiza. inter conſ.Bruni conſ.12.nu.5.Soci.Iunior conſ.95.nu.4. vol.3. Meno. conſ.75. nu.34. at in conceſsione Cæſarauguſtanis facta per Cęſaream maieſtatem (ſaltim quãtum ad diſpoſitionem iuris)hęc tria ceſſant omninò:vt ſigillatim ex proſecutione par-



UVA.BHSC

tium enumeratarũ inferius demõſtrabi
mus:conuenit ergo vt dicamus eam cõ
ceſsionem minimè de iure ſubſiſtere.Et
quoniã vt præfatus Gome.vbi ſupra di-
cit, hoc præcipuè in hoc arg. neceſſariũ
20 eſſe,vt partibus † rectè enumeratis,nulla
illarũ omitti debeat,alias enim ita clau
dicaret arg. vt nihil probaret iuxta tra-
dita per Iacob.de Aret.in l.cætera §.itẽ
queri poteſt ff.de leg.1.& per Petrum Ga
marũ in ſua Dialectica iuris cap.de arg.
à diuiſione.Nec mirũ, quia eius generis
arg.deducitur à toto,vt Bar. dicit in l.1.
col.1.ff. de vſuf. leg. & qui totum dicere
vult,nihil excludere debet, l.1. quæ res
pig.obli.C.ideò vt& in eo rectè proceda
mus,ſingulas eius partes diligẽter obſer
uabimus & perſequemur.Et quod in Cę
ſarea maieſtate Cæſarauguſtanis cõce-
dẽte deficiat voluntas,ſaltim quæ de iu-
re ſubſiſtat(quod eſt primum caput no-
ſtri arg.) apertiſsimè cõſtabit,ſi ad vnũ
quod in facto ſupponitur attẽdatur:idq;
eſt Diuum Carolum per annos ferè de-
cem antequã priuilegiũ cõcederet Cæſa
rauguſtanis,cõfirmaſſe priuilegiũ Sere-
niſ.Regis Petri Oſcẽſibus impertitum.
Quo ſic ſtãte dubitãdum nõ eſt,quod in
cõceſsione Cæſarauguſtanis de eadẽ re
facta,penitus Cæſaris inuictiſsimi volũ
tas ceſſet,eamq; ex circũuentione factã
eſſe quotquot ſunt iuris interpretes exiſti
mant(poſt Bal.conſ.327.nu.4.vol.1.)per
tex.in c.olim,vbi Feli.not.col,3.nu.5.per
totum,extra,de ſen.& re iud.probat etiã
tex.in c.Abbate ſanè ver.pro parte autẽ
altera,eo.tit.lib.6.ſequitur Deci. cõſ.191.
col.6.ad mediũ,& pleriq; alij, quos Ay-
mo allegat conſ.296.poſt nu.3.& omniũ
latiſsimè Loazes in con. pro Marchio-
ne fol.(mihi)41.nu.38.cum ſeq. quæqui-
21 dem circunuentio † ex multitudine pri
uilegiorum quæ Principes ſolent con-
cedere facilè contrahitur, vt ex Domi-
nico in loco per eum allegato, tradit
Suarez alleg. 12.nu.39. Hæcq; adeò vera
ſunt,quo ad effectum voluntatis, vt in-
dubitata ſit talis pręſumptio,probatio-
nem in cõtrarium non admittens,vt la-
tius per Bal.in d.conſ.& d.nu.4. habetur,
cũ quo dd.cõmuniter conueniunt,quos
refert Burſatus conſ.78.nu.4. Menoch.
conſ.1.nu.402.& præceptor Aymo.cõſ.
241.poſt nu.10.verſ.3.reſpõdeo quod nõ
operatur clauſula, quo loci & illud ad-
dit,vt etiam quod Princeps in 2.conceſ-
ſione clauſulã † motus proprij adijciat, 22
non ideo minus pręſummi Principẽ cir
cunuentũ,talis adiectio clauſulę faciat,
ſic Aymo.d.conſ.241.& Burſa.plures re-
ferens vbi ſupra,hũcq; defectum maxi-
mopere iuſtificat obliuio quæ excurſu
decẽnij inducitur, † maximè in Impera- 23
tore multitudine negotiorũ impedito,vt
elegãter Fel.tradit in d.cum olim col.4.
ver. per hoc nota caſum:& omnino ad pro-
poſitũ noſtrũ de Imperatore loquẽs hoc
idẽ ſcripſit Goz.cõſ.9.nu.35.cùm itaq; ex
obliuione prioris conceſsionis dicamus
Cæſarẽ maieſtatem ſecundò cõceſsiſſe,
apertiſsimè cõſtat,eum in volũtate defe
ciſſe:qui ſi veriſimiliter de prima cõceſ-
ſione memoriã habuiſſet,minimè alteri
cõceſsiſſet. Per cõſequenſq; in ſpecie no
ſtra id voluiſſe Diuum Cæſarẽ dicamꝰ,
de quo ſi rogatꝰ fuiſſet,quod cõcederet,
reſpõdiſſet ſe nolle,ad celebrẽ gl.in l.ta-
le pactũ ff.de pact.cuius generis arg.etiã
gruenti & opportuno,obſiſtere conãtur,
aduerſus placita I.C. in l.eos,ad fi.ff.de
decur. vbi ob paucitatem hominum
† conceditur id quod aliàs minimè con 74
cederetur,& conducit tex. in l.cum ra-
tio §.ſi plures,ibi,fauorabilem apud me
ff.de bon.dam.in l. in prouincia §.diui,
ff.de ritu nup.necnon in l.1.ibi,nam &
Reip.intereſt.ff.ſolut.mat.vbi pro in-
tereſſe publico relatum eſt,quòd ciuitas
liberis repleatur, ſicq; per contrarium
diminutio intereſſe publici in hominum
adẽptione attendenda erit, ex qua qui-
dem ademptione contra legem eiuſq;
diſpoſitionem euidentiſsima iniquitas
exſurgit,per conſequenſq; illicita eſt cõ
ceſsio per quam vnum altere tegitur,&
& aliud detegitur, ſicuti de eleemoſyna
dicitur in cap.Apoſtolicæ extra de do-
nat.& cum † animum præceptorum nu 75
merus ſcholaſticorũ recreet & augeat,
vt ſcitè Neuizanus ſcribit lib.5.Syluæ
nuptialis nu.55.ſi tali numero detraha-
tur, id bono quidem publico noxium
erit, arg.tex.ad hoc celebris in l.ſi quis
ſeruo

UVA.BHSC

ſeruo C.comm. de manumis.& in l.2.
C.de indict. vidui.toll.quorum iurium
auctoritate motus, ſic ad propoſitum
noſtrum Soc.arguit conſ.129.col.penul.
verſ.vltimo oſtendit, vol.1.

Deficit præterea ſufficientia cauſæ,
quia in præſenti noſtro caſu conceſsio
priuilegij Cæſarauguſtani honeſta non
76 eſt, tũ ex eo quòd † omnis actus Regius
debet ſuper æquitate fundari l. hac lege
C.de pact.cõuen.& in §.vltimo in Auth.
de non eligen.ſecu.nub. cum autẽ æqui-
tas exigat vt neglecto ſecundo donata-
rio priori ſatisfieri debeat, l. in operis ff.
loca.ſi hoc non fiat neceſſariò conclu-
ditur, ex parte Principis deficere æqui-
tatem, iniquitatemq; in eo vigere, quod
tantum abeſt, vt ab ea alienus eſſe de-
beat, quòd neq; in eo præſumatur, l.pro
batorias, de diuer.offi.lib.12. Tum etiam
quia ſubſiſtente Oſcenſi conceſsione ex
parte Cæſarauguſtanorum æquitas non
ſubeſt, dum ſimile appetunt priuilegiũ,
ex eius obtentione (cõtra priuilegij Oſ-
cenſis prohibitionem) conceſsio priori
donatario facta vitiatur, vnde id procu
rantes priuilegij vitiatores, atq; corru-
77 ptores dici debent, ſicuti aliâs † peruer-
ſor legis dicitur is qui id fieri ſupplicat,
quod lex fieri poſſe vetat l.1.ibi, violatæ
legis (ibiq; Ioan.de Platea nu.5.not.) de
peti.bono.ſubla.lib.10. Conceſsio enim
illa per Sereniſs. Regem Petrum quan-
tumuis ad fauorem Oſcenſium lata lex
dici debet, §. ſed quod Principi inſt. de
iure nat.gen.& ciui.& per alia quæ alle-
gat ita in ſimili Hieronymus Verius ar-
guit in l.ex facto poſt nu.70.ff. de vulg.
occaſione tex, in l.2.§.ſi quis à Principe
ff.ne quid in loco pub. Accedat præmiſ-
ſis quòd in prætenſa procuratione con-
ceſsionis, Cæſarauguſtani legem frau-
dant, priuilegium ſcilicet per prius Oſ-
cenſibus conceſſum, arg. tex. in l.fraus
ff.de ll.fraudibus autem atq; hominum
malitijs obuiandum, non verò ſubue-
niendum eſt, l.in fundo in fi.ff.de rei vẽ-
di.l.cũ ij §.ſi cum lis, ff.de tranſact. Me-
noch.per ea, iura conſ.39.nu.38.

Non minus etiam iniquitas (pace eo-
rum dixerim) Cæſarauguſtanorum de-
prehenditur, dum, cum iniuria & Oſcen
ſium detrimento, cõmodum hoc (quod
ex Vniuerſitatis erectione prouenit) ſibi
parare conantur, quod quàm ſit ini-
quum Imper. oſtendit, in §. ſed etiam
ſuſcipientes ad fi. in Auth. de manda.
prin.coll.3. aſſerens lædere alios † & ſibi 78
lucrari impium eſſe, alibiq; hoc idẽ non
dignè neq; piè fieri. ipſemet Impe.ait, in
§. ſed neq; effuſas ver. ſi verò hoc non fe-
cerit, ibi, nõ ſunt enim hæc pia in Auth.
quo modo opor. Epiſ. coll.1. Quibꝰ etiã
non parum adſtipulari videtur, quod à
Gratiano ſcriptum eſt, in cap.ideo, in §.
item Hieronymus verſ. valet ergo, 25.
q.1. dum inquit conſiderata æquitatis ra-
tione, priuilegia (ob religionis, vel neceſ-
ſitatis, vel exhibiti obſequij cauſa) con-
ceſſa, releuando non debent, ita quem
diuitem facere, quòd alios in miſeriam
conijciant. Hocq; diui Pauli auctori-
tate confirmat, dum ad Corinthios ſcri-
bens, ait, non enim volumus, vt alijs ſit
remiſsio, vobis autem tribulatio, cui ſa-
cra lex Principum (de qua in l.reſcripta
C. de præc. Imper.) concordans ait, re-
ſcripta contra ius elicita ab omnibus iu-
dicibus præcipimus refutari, niſi fortè
ſit aliquid, quod alium non lædat, & pro
ſit petenti, cum itaq; obtentio priuilegij
Cæſarauguſtanis proſit, & noceat Oſcẽ
ſibus, auctoritate d. l. reſcripta, refutan-
dum omninò erit, tanquam impium &
iniquum, hincq; non remotè ad propo-
ſitum noſtrum dicebat glo.in l.4.C. de
ſer.& aqua, quem non poſſe aquam vni
ſemel conceſſam alteri concedere, ſi id



UVA.BHSC

cum damno illius fiat cui primò conceſsio facta fuit,ibiq; Bar.& dd.inferunt ad q. de facto Bononiæ occurrentem, eiuſq; deciſioni plurimum ſuffragantur tradita per Curt.Iun.cõſ.174.nu.23. cum ſeq. circa conceſsiones quas Principes faciunt,de aquis publicis,vt in eis iura tertij(cui prius cõceſſa fuerunt) reſeruata perpetuò cẽſeantur, l.labeo §.1. ff.fami.hercis. Hocq; idem Sereniſsi.dominus noſter Rex expreſsis verbis manifeſtauit,dum in confirmatione priuilegij Oſceñ. dixit, ſuæ intentionis non eſſe per quæcunq; priuilegia cõceſſa ciuitati Cæſarauguſtæ, aliquod cauſari præiudicium priuilegijs ciuitatis & Vniuerſitatis Oſceñ.quod ex abundanti hic adiungimus, quia etſi per Regiam maieſtatem expreſſum non fuiſſet,tacitè tamen eſſet ſubintellectum, cum Princi-
79 pis intentio ea ſit, vt alicui † præiudicare velle non intelligatur l.2.§. meritò ff.ne quid in loco pub.Princeps enim aliquid dans,vel confirmans,dare,vel cõfirmare ſaluo iure tertij creditur,ex relatis à Bal. in l.1. col.1.ff. de conſt. prin. punctimq; in materia noſtra(ex eius dictis ſic arguens) Curt.Iun. tradit conſ. 142.nu.3.& latè Loazes pro Marchione fol.41.nu.40.vſq; ad 57. Non minor etiã Cæſarauguſtanorum iniquitas ex attentata priuilegij conceſsione detegitur,dũ Diuum Carolum ad incõſtantiam prouocare conantur,cum enim præfatũ dominum noſtrum Imperatorem confirmaſſe illud priuilegium Regis Petri cõſtet,multò antequam ſimile priuilegiũ Cæſarauguſtanis conceſſum foret, certum eſt eos doloſè verſari, dum ab eodem confirmante contrarium priuilegium expetunt,vt eum in inconſtãtiam inuoluant, quæ proculdubio in Princi-
80 pe † damnanda eſt,l.1.& 2. ne fiſcus rem quam vend. lib. 10. cum iniquitatem in ſe contineat,l. ſi quis iuſiurandum C.de reb. cred. vnde erubeſcenda l.fi. C. de mod.mulc. & vitanda,propter quod in brachio,ſeu armo Rex inungitur,vt cor eius ad prudentiam & conſtantiam dilatetur,cap.1.de pœni.diſt.5. vtq; inde à iuſtitia quę conſtans eſt voluntas,iuſtus dici poſsit,iuxta illud Sapiẽtiæ, ſtabunt iuſti in magna conſtantia, hæcq; iuſtitia conſtantiæ admixta ex parte honeſtatis præſtat,vt beneficium à Principe conceſſum perpetuò debeat eſſe manſurum §. illud in Auth. conſt. quæ de dig. col. 6. quo loci verbum illud decet, expendendum eſt, non enim dictum eſt oportet,vel debet,cum verba illa neceſſitatem inducant, cap. propoſuit,extra de appell. ſed dictũ eſt decet,quod verbum in perſona concedentis † Princi- 81
pis honeſtatẽ præfefert,ex innata Principis clementia,cui proprium eſt,ſemel conceſſa minimè auferre, §. propterea in Auth.de refe. ſa.pal.coll.2. non ſic reſpectu ſubditorum & inferiorum à Principe dicendum eſt, cum ad eorum perſonas verbum decet relatum,neceſsitatem inferat,iuxta no. per Ioan.Andr. in regula decet,de reg.iur.lib.6. Poſtremò tandem ex parte honeſtatis in præſenti ſpecie deficit ſufficientia cauſæ, cum Principem deceat, priuilegia vni conceſſa,alteri minimè † conferre, l. decu- 82
rionibus,de ſilentiarijs lib.12.C.prout ex Baldo (in loco per eum citato) refert Curt. Iun. d. conſ.174. nu.22. & indecentia in Principe impoſsibilitati (vt ſic loquar) adequatur,auctore Archi. in cap. ſuper eo de heret. lib. 6. quem Aymo. (præceptor) retulit, d.conſ. 294. poſt num. 3. verſ. venio nunc,ibi,hinc etiam dicitur.

Tertiò & vltimò deficit in hac conceſsione vtilitatis,atq; expedientiæ ratio, propter ſcãdala quæ prouenire poſſent



UVA.BHSC

ſent ex præcipiti, nimiaq; vitiorum occaſione, quæ in dicta Cæſarauguſtana ciuitate contrahi poſſunt, tam ex multitudine hominum, morumq; diuerſitatem, quàm ob ſoli lociq; magnitudi-
83 nem, quàm reformare † quandoq; expedit, vt ex paucis & per paucos ſeruari poſsit, dictante Imperatore in l. 2. in §. inter ea C. de offi. præf. præt. aphri. quē tex. ad propoſitum noſtrum mirificè adaptat eumq; commendat Romanus in l. ſi vero §. de viro, num. 284. ff. ſolut. mat. & quia impedimenta ſtudiorum vitia eſſe deprehenduntur, vt tex. probat in. §. illud verò in prohe. digeſtorū. vbi Cagnol. ſtatim in diuiſione tex. & nu. 1. ex eo colligens, ſcholaſticos non
84 debere vacare ludijs, neq; † cōmeſſationibus, & cum animas prius fieri eruditas, quàm corpus expediat, iuxta moralem tex. in d. §. illud, ex eoq; præfatus Cagnolus colligit nu. 4. & refert Platea in l. 1. n. 2. de ſtud. lib. vrb. Rom. lib. 11. C. Conuenit profectò optimo ſcholaſtico, vt eum locum eligat, qui ad virtutem aſſequendam aptus ſit, id quod ab ipſa multitudine vix obtineri poteſt, cū diuerſitas atq; gentiū multitudo confuſionem & diſtractionē pariat, propter quam dignitates & honores honeſtate propria minuuntur, §. præterea, ibi, deinde in multitudinem effuſa, in Auth. de refer. ſa. pal. coll. 2. & quia honor (cui
85 debent excellentiora committi) ex † numeroſitate vileſcit, cap. 1. extra de priui. cumq; ad ſcholaſticos pertineat ad diuerſa non diuertere, vt in nouella ad lib. 6. in ſalutatione, ex Ioanne Monacho, Ioan. Andreas dicit, refertq; Ioan. Montayne, in tract. de parlamentis, § 1. in verſ. ſecundò facit ſtabilitas, nu. 3. locus ille ad hæc aptiſsimus videri debebit, in quo non multitudinis tumultus, ſed moderatus populi concurſus ſubſidet: ſcientia nanq; non in tumultu l. vni. vbi Odof. & Iacob. Rebuf. nu. 3. de ſtud. lib. vrb. Ro. lib. 11. C. ſed in otio paratur, l. 1. de excuſa. artif. lib. 10. & vbi hominum turba non eſt liberius adipiſcitur, inde CHRISTVS Seruator noſter rumorem turbarum effugiens, cum docebat † in montem aſcendebat, vt li- 86
berè docere poſſet, cap. plerunq; §. his ita reſpondetur 2. q. 7. & Iſaac vt liberius quoq; meditaretur, inclinato iam die in agrum ſecedebat, Geneſ. cap. 24. ad fi. Media igitur via in erigendis ſtudijs ſeruanda erit, iuxta illud, medium tenuere beati, ita vt neq; in ſplendidiſsimo loco, ſed neq; in abiecto & vili, at ex opportunitate mediocri Gymnaſium condi debeat, mediocritas nanq; in rebus plurimum † commendatur, §. cum 87
ex aliena, Inſt. de rerum diui. vnde illud vulgare inter vtrunq; vola, & illud, cum media ſemper mihi placuit ludere forma, maior enim medijs gratia rebus ineſt, vt per glo. in cap. 1. verbo, modum, extra de offi. cuſt. Et quia mediocria durant, vt Zaſ. ad l. 2. §. ab hoc plurimi, nu. 50. ff. de origi. iur. ſcribit, hominemq; fœlicem reddunt, eodem auctore in loco citato nu. 64. Ex eo etiā quòd in Cæſarauguſtana vrbe omnia ad victum neceſſaria cariora ſunt, defectus vtilitatis & expedientiæ ceſſat, hoc enim experientia (quæ optima eſt rerum magiſtra, cap. quàm ſit, extra de elect. lib. 6.) euidentiſsimè demonſtrat, quod an ex incuria, aut mala adminiſtratione proueniat (prout frequenter euenire ſolet ad tex. in l. 1. de frum. vrb. Conſt. vbi Bar. Rebuff. & Platea no. lib. 11.) nō meū, ſed aliorum ſit iudicium, illud tamen certum eſt, ſcholaſticis multa † fuiſſe 88
tributa priuilegia propter expenſas & dāna quæ in ſtudijs ſuſtinent, vt in Auth. habita, ibi, de diuitibus pauperes, C. ne filius pro

UVA.BHSC

pro patre, quæ commoditatem eorum tãgunt, vt videre eſt apud Ripam in l. 1. num. 139. ff. ſolut. mat. Sicq; alia via non debet eis patere aditus ad impendia pinguiora in moderno Gymnaſio facienda, à quibus in Oſcenſi & veteri ſubleuarẽtur, arg. tex. in cap. cum quid vna via de reg. iur. lib. 6.

Subſequitur præterea & alia ratio, qua aduerſus Cæſarauguſtanorum conatũ impellimur ad dicẽdum, ex eorum parte conuenientiam ceſſare, non enim ex-
89 pedit quòd in Regno ita † exiguo (prout hoc Aragonũ exiſtit) Gymnaſia multiplicentur, cum ex eo multa ſequantur inconuenientia, quæ ad iuris publici derogationem minimè ſunt admittenda, ad tex. in cap. 1. vbi dd. no. de filijs presb. lib. 6. per quem ſic in ſimili Bal. arguit in l. eam quam nu. 44. C. de fideicom. Andr. Siculus in Repet. l. cum acutiſsimi, nu. 141. eo. tit. & Natta (omninò videndus) conſ. 464. nu. 17. In conuenientia autem ſunt quæ ſequuntur. Nam cũ ex dualitate (vt ſic loquar) aditus ad de-
90 ſtructionem paretur, ex vnitate † autem conſeruatio ſequatur, cap. in apibus 7. q. 1. Ioan. Lecirier (multa per eum tex. adiungens) de primogenitura lib. 1. q. 7. nu. 4. æquidẽ ſi admittimus aliud Gymnaſium quàm Oſcenſe in Aragonia, neceſſaria erit Oſcenſis ſtudij deſtructio, quod minimè dicendum eſt, ne inconueniens (in ſuperioribus relatum) ſequatur, quòd cooperiẽdo vnum altere, aliud detegatur d. cap. Apoſtolicæ extra de don. Et quia Regnum in ſe diuiſum deſolabitur, Matthæi 12. pro quo & illud Senecæ, nec regna ſocium ferre ſciunt, idemq; in Tantalo, Tragidia 2. dum ait, non capit Regnum duos, quòd ſi diuidatur, neceſſariò diminuitur, in qua
91 † quidem diminutione, actus publico fauori contrarius conſiſtit, d. l. cum ratio §. penul. de bon. domna. & in d. l. ſi quis ſeruo C. com. de manu. vbi præciſsè dicitur, hoc obſeruari ſancimus vt ſint omnes ciues Romani conſtituti, ampliandam enim magis ciuitatem noſtram, quàm minuendam eſſe cẽſemus. Hocq; idem non obſcurè expreſſum eſt in l. 2. C. de indict. vidui tollen. dum eo loci dicitur augeri enim magis noſtram rem pro multis hominibus. Vnde interrogatus Homerus quid maximum ornamentum ciuitati præſtaret, pueri (inquit) & turres, per pueros copiam & exuberãtiam populi ſignificans, vnde & illud Ariſt. 2. Poly. Politia æquidem vnius optima eſt, paucorum etiam bona, ſed plurimorum difficile eſt vt bona ſit, & in Originali Diuus Hieronymus ſubdit, in naui vnus gubernator in domo vnus dominus, in quouis grãdi exercitu vnum ſignum, & ſicuti duo metropolitani in vna † eademq; prouincia eſſe nõ 92
poſſunt, vt no. in l. 1. de metropol. Berieñ. lib. 11. Sic nec duæ Vniuerſitates in exiguo Regno, cum ſi eſſent non Vniuerſitates, ſed diuerſitates dici deberent, vt mihi benè probat tex. in cap. ſuper ſpecula, ibi, locis vicinis & eo loci glo. extra, de priuil. ibi enim prohibitum eſt ne Pariſijs ius ciuile doceatur, & hoc etiã in locis vicinis locum habet, ea fortè ratione, quia ex vicinitate loci, malum quod prohibetur, ſerpere poterit, vnde ne fraus fiat, ſtatutum eſt id de quo ibi, argum. tex. in cap. ſi ciuitas, de ſentent. excõm. lib. 6. & ibi no. traditq; latè Rebuffus in tract. nominationum. q. 5. nu. 27.

Vltimò tandẽ loco pro inconuenienti attendi debet ipſa iuriſdictionum confuſio, cum enim in Cæſarauguſtana ciuitate, pleraq; tribunalia conſiſtant, ſi aliud quod ad Gymnaſium ſpectaret, de nuò adderetur, difficilè quidem eſſet in nouis opportunè ſatagere, noua † enim 93
& inſolita in rebus gerendis moliri, probabili non caret periculo, l. ſi negotia, ff. de

UVA.BHSC

de nego. geſ. quò fit vt prudēter à I. C. dictum ſit, in l. 2. ff. de conſt. prin. in rebus nobis conſtituendis, euidentem vtilitatem eſſe debere, vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum viſum fuit, nouitas enim vt plurimum diſcordias gignit, cap. cum conſuetudinis extra de conſue. & Speculatore auctore, in titu. de feud. §. 3. nouitates induci non debent, cum multoties periculoſæ ſint, ſicuti Goffre. & Cardi. in 2. no. dicunt, in d. cap. conſuetudinis. His adde quod ex additamento dicti noui tribunalis & auditorij quandoq; deſpectio naſci poteſt, cum iniuria iudicis competentis, vt in cap. peruenit 11. q. 1. pro abſurdo enim ibi refertur, quòd is qui habet merum imperium, homines alterius condomini eo deſpecto, ſuæ præſentiæ faciat exhiberi, ex qua quidem deſpectione confuſsio vlterius progreditur,
94 quæ prorſus † vitanda eſt, l. 1. C. de compen. & ſeruit tex. optimus in §. codicillis inſt. de codicill. vbi ne confundatur ius codicillorum cum iure teſtamenti, ſtatutum eſt id de quo ibi, debet enim quilibet frui proprijs, nam imminere alienis honeſtum non eſt, l. 1. in fi. de Theſau. lib. 10. cum propriam ſeruare mēſuram deceat, cap. dyacones 93. diſt. In ſumma poteſt & alia ratio excogitari, nam cum propter hominum multitudinem in Cæſarauguſtana ciuitate variæ ſeditiones occurrant, aptaq; ſit ciuitas illa ad innumera ſcandala, propter quæ ſcholaſtici poſſent à ſuis ſtudijs reuocari, his ſtantibus dicendum videtur è re non eſſe, vt ibi Gymnaſium erigatur, ex his quæ in optimo ſimili Rebuffus notat in tract. de priui. ſcho. priuilegio 83. & omninò Soz. conſ. 58. nu. 7. vol. 3. dum ait iuſtam
95 † eſſe cauſam, vt recedi poſsit à regulis iuris quòd pax conſeruetur, & beneuolentia, per contrarium ergo quod bellum, ſeditiones, ſcandala, & rixæ succedant Reyp. obnoxium erit, eiuſq; vtilitati valdè cōtrarium, quod penitus vitandum eſt, hacq; ratione & ſimilibus quæ adduci poſſent, mota fuit maior ferè pars conſilij & congregationis Cæſarauguſtanæ, ad fouendam negatiuam partem, quod ſcilicet non expediret in dicta ciuitate Cæſarauguſtæ Gymnaſium erigi, hæcq; ſanior pars ex vno dūtaxat calculo victa atque ſuperata fuit, propter quod ciues inter ſe ſunt valdè diſcordes & diuiſi, & † cum publicè in- 66
terſit ciues ad concordiam reducere, vt in d. conſ. Soz. refert, vt id ſequatur, conſilium erit optimum, idq; captandum, quod talis erectio impediatur, cum ſi id fiat ciuitas ipſa cōmodo pacis fruetur, ſcandalaq; ſupradicta ceſſabunt, in quibus vitādis vt dixi publica vtilitas verſatur, vt per Soz. vbi ſupra, nu. 8. & Ripam in tract. de peſte, in §. de priuileg. contract. cau. peſ. num. 121. Ex his igitur conſtat concludendum fore nulla penitus ratione, aut cauſa (vtilitatem præſeferente) moueri Cæſarauguſtanos, vt quod optant aſſequantur, ex conſequentiq; per contrarium firma manet Oſcēſium ratio prima, qua iure efficaci contendunt, Diui Caroli cōceſsionem Cæſarauguſtanis factam, minimè ſubſiſtere, eamq; rationem ſic breuiter concipimus, actus humani tria exigunt, vt ſubſiſtant, conficientis voluntatem, eiuſdē poteſtatem, & tandem honeſtam atque iuſtam cauſam, iuribus, rationibus & auctoritatibus ſupra fuſiſsimè allegatis, at in conceſsione Cæſarauguſtanis facta, hæc tria omninò ceſſant, vt probatum eſt ſufficientiſsimè, talis ergo conceſſio (ac ſi facta non fuiſſet) operari nihil debet.

Secundò principaliter pro Oſcenſibus inſtatur, ſuppoſito eo quòd Sereniſ. Rex Petrus (eius nominis quartus) indele-

UVA.BHSC

lebilis memoriæ Aragonum Rex, ſua
conceſsione (quoad erectionem Gym-
naſij) Oſcenſes honore affecerit, ſequi-
tur, præfatos huius muneris atq; gratiæ
donatarios ſtudium erigere potuiſſe, §.
hæc autem, tria vbi Bar. & Cagnol. nu.
3. in proh. digeſtorum, quo ſtante, quòd
perpetuò talis erectio ſubſiſtere vigore
dicti priuilegij debeat, præterquam ſua-
detur ex vulgata iuris regula de qua in
cap. factum legitimè. de reg. iur. lib. 6.
ex eo etiam contendi poteſt, quod ipſe-
met Sereniſs. Rex voluerit, & quod po-
tuerit, Et quòd voluerit, non aliunde,
quàm ab ipſa conceſsione comproba-
97 tur, cum voluntas † magis facto quàm
verbo manifeſtetur cap. dilecti (el pri-
mero) extra de appell. l. ſi tamen §. ei qui
ff. de edil. edict. Dec. conſ. 367. num. 3. &
conſ. 449. num. 34. Gozadinus conſ. 501.
nu. 3. cum infinitis alijs quos Tiraq. recẽ-
ſuit in tract. de iure conſt. par. 3. limi. 30.
nu. 12 factum enim potentius quid dici-
tur ad voluntatis interpretationẽ, quàm
verba ipſa, vt ex multis Neuizanus hoc
aſſeuerat Syluæ nuptialis lib. 6. num. 16.
98 Neq; ſeruit dicere, † quòd in prohibitis
impetrari priuilegium obtentum ob im
portunitatem concedi intelligatur. glo.
celebris verbo, illicitum, in l. ſi quis per
diuinam C. de aquæ ductu l. originarios
de agri. & cenſ. lib. 11. C. quo caſu non ex
defectu poteſtatis nullum dicitur tale
priuilegium, ſed ex defectu voluntatis,
quæ in Principe concedente abeſſe præ-
ſumitur, propter clauſulam derogato-
riã, de qua in l. nec damnoſa C. de pre.
impe. offe. & in l. 1. (vbi per Ioan. de Pla-
tea ita dicentem nu. 7.) C. de peti. bono.
ſubla. lib. 10. quia hic non in eo negotio
verſamur cuius impetratio prohibita
ſit, imo verò ſingulariter permiſſa, prout
99 ſtudiorum cauſa † ſingularis atq; fauo-
rabilis admodum eſt, teſte Natta. con-
ſil. 210. nu. fi. & dato quòd de prohibitis
eſſet, cum de nullius incommodo agi-
tur, Princeps concedere velle creditur,
d. l. reſcripta, C. de prec. impe. offe. & ſi-
cuti ſi Princeps clauſulæ prohibenti im
petrare, de qua in d. l. nec damnoſa, & in
d. l. 1. derogaret (etiam quod de præiudi-
cio tertij ageretur) ex voluntate ipſius
Principis conceſsio facta videretur, ob-
idq; valeret, vt glo. verbo, relinqueren-
tur in d. l. 1. & ibi Platea tenuit, allegans
ſociam in l. 3. §. ſi is ff. quod quis iur. pari
quidem ratione, imò verò multò fortius
admittendum eſt, ex ſimplici priuilegij
conceſsione quantumuis ad inſtantiam
& importunitatem facta, dum de nul-
lius incommodo agitur, priuilegium in-
de obtentum ex Principis voluntate la-
tum intelligi, quod punctim in ſpecie
noſtra contingit, in qua (vt dictum eſt)
de nullius præiudicio tractatur, vnde ta
li caſu latiſsima facienda erit interpre-
tatio, vt etiam quoad præiudicium pro-
prium, ipſe quidem Princeps concedere
voluiſſe credatur, iuxta diffusè per Iaſ.
tradita in l. fi. nu. 19. ff. de conſt. prin. &
egregiè per Nattam conſ. 464. nu. 16. &
quia ſicuti clauſula non obſtantium fir
mat † reſcriptum aliàs de iure nullum, 100
vt in d. l. 1. glo. & Ioan. de Platea poſt nu.
7. dicunt, ex quo clauſula derogatoria
vim habet tacitæ voluntatis, multò ma-
gis in conceſsis à ſe, expreſſa Principis
voluntas (quãtumuis ad poſtulationem
partis) firmabit, dumtamen citra tertij
iniuriam fiat, d. l. reſcripta, argumento
à fortiori ducto. Neq; quòd ad importu-
nitatem obtẽtum ſit aliquid mouet, quo
minus liberaliter à Principe conceſſum
credatur, vbi in conceſsione interceſsit
† clauſula motus proprij, vel ex certa 101
ſcientia (quæ duo æquiparantur, vt ex
pluribus Dec. probat conſ. 137. nu. 2. & in
priuilegio Regis Petri, de dicta clauſula
ex

UVA.BHSC

ex certa ſciẽtia conſtat) propter quã ita purgatur ſupplicationis aut importuni tatis vitiũ, vt liberè volũtariè atq; ſpõtè nec Principẽ motũ eſſe Bal. affirmet, in cap. niſi ſpecialis ver. pone in literis de off. ordi. quẽ Fel. refert & ſequitur in cap. cauſamq́; extra de teſt. Cur. Sen. cõſ. 65. poſt nu. 8. (dicens verba illa Bal. aurea eſſe)
101 eiſq; ſubſcribens Dec. in l. ſi quis iniquũ col. 1. ff. quod quiſq; iur. aſſerens ſe ita cõſuluiſſe, prout cõſuluit, cõſ. 341. poſt n. 4. cõducuntq; dicta per Cacheranũ, deciſ.
102 139. n. 10. Et quãuis vbi Princeps vult † de ratione volũtatis vlterius quærendũ nõ ſit, cũ ei dici nõ poſſit, cur ita facis, cũ in eo pro ratione volũtas ſufficiat, ad gl. in l. reſpiciendũ (quam ibi Bal. ſequitur) ff. de pœni. & Meno. cõſ. 19. nu. 3. prout idẽ etiã Bal. in prælu. feud. col. 9. & in l. impetrata, C. ſen. reſcin. nõ poſſe latè Deci. d. cõſ. 137. n. 2. Potiſsimè verò in liberalitatibus, vt latè per Crot. habetur conſ. 291. nu. 34. vol. 3. & Nattam cõſ. 160. nu. 4. ad fi. Quia tamẽ ſine ratione facere nihil debet, ſicut neq; Deus facit, cuius vices in terris Princeps gerit, Auth. de armis, in prin. coll. 6. nos ex ſerie, atq; tenore dicti priuilegii Regis Petri aliquot cauſas & rationes colligemus, ex quibus Oſcẽſium cauſa mirificè iuſtificabitur.

Prima autẽ ad reparationem ſpectat, quam præfatus Sereniſ. Rex Petrus (ex inſtaurato Vniuerſitatis ſtatu) erga Oſcẽſem ciuitatẽ ſe moliri, affirmat, cui9 proculdubio reparationis atq; reſtauratio-
103 nis cauſa cũ fauorabilis ſit † vtpote quod ad antiquũ ius reducat Zaſius cõſ. 22 nu. 7. vol. 1. latè Menoch. cõſ. 1. nu. 391. & ſeq. cõducitq; glo. optima, verbo, numerãdũ in cap. ſtatutũ de præb. lib. 6. quę celebris eſt ex relatione Decij (multa adducẽtis) in cap. cum oẽs lect. 1. poſt nu. 6. extra de cõſt. eamq; varijs exornat documẽtis Couar. lib. 3. variarũ cap. 6. n. 4. & latiſsimè omniũ Tiraq. in præf. de vtroq; retract. n. 58. & quia cũ in erectione † ciuitatũ pu 104
blica vtilitas publicuſq; fauor cõcurrat, l. 1. vb. dd. no. ff. ſol. mat. idẽ quoq; in earũ reparatione & reformatione verſabitur, iuxta tex. in cap. ex literis extra de pign. qui celebris eſt ex relatione Parpaliæ in d. l. 1. n. 3. ad hoc, quòd ita recuperatio dotis fauorabilis ſit atq; ipſarũ eſt cõſeruatio, per cõſequenſq; cũ hic reparationis caſus publicè ſit fauorabilis, ad Principis mouendã volũtatẽ (vt priuilegiũ cõcedat) ſufficiẽs erit cauſa, cũ alibi ſit dictũ, vt publico fauore attẽto liceat quandoq; à iuris regulis declinare, d. l. 1. vbi præf. Parpal. n. 2. ibi enim cõſtitutũ eſt, dotẽ (quã lex ſpecialiter adiuuat) priuile giatã eſſe, priuilegia † autẽ (quaſi priuãtia 105
legẽ) cõtra iuris diſpoſitiones (ſingulari ratione inſpecta) inducũtur cap. priuilegia 4. diſt. & quòd inſpecto illo publico fauore, à diſpoſitione iurium recedere liceat (per multa quæ glomerat) Feli. tradit. in cap. nonnulli poſt nu. 16. verſ. & fauore publicæ vtilitatis extra de reſcrip.

Secũda etiã ratione moueri potuit Sereniſ. Rex Petrus, eaq; efficax fuit vt ad talẽ conceſsionẽ prorũperet, vt antiquã (videlicet) nobilitatẽ conſeruaret, cuius quidẽ antiquitatis in ipſa cõceſsione meminit, quaſi quòd ad eius obſeruantiã venerationẽq; non leuiter adſpirandũ ſit §. ſed neq; effuſas, verb. ſi verò hoc nõ fecerit, ibi, aut antiquum cõſeruate, in Auth. quomo. opor. epiſ. coll. 1. ex eoq; tex. Iacob. de Belouiſu notat ibi, antiquã † cõſuetudi- 106
nẽ, ſine aliqua prorſus innouatione ſeruãdã eſſe, optimuſq; ad hoc tex. accedat in cap. cõtra 25. q. 1. dum inibi dicitur, apud nos enim inconuulſis rationibus viuat antiquitas, cui decreta patrũ ſanxere reuerẽtiã, antiquitatis enim commemoratio (vt in oratione ad Brutum Cicero ait) exemplorumq; prolatio, & auctoritatem orationi affert,

d &

UVA.BHSC

& fidē,hacq; ratione Iuſtinianus Imp.le
gem 12. tabu.allegauit in §. diſponat in
Auth. de nupt. ſi deferamus Ludouico
Aluaro,ad Rub.ff.de leg.1.num.71. Et de
antiquitatis dignitate atque excellentia
( quoad propoſitum noſtrum ) latè Ce-
pola diſſeruit,in tract.de Imperatore mi
litum deligendo, §.1. num.2.cum pluri-
bus ſeqq.

Nō minori etiam prærrogatiua atq;
dignitate affici debet nobilitas,quæ non
107 immeritò quidem apud † Reges & Prin
cipes in honore atq; æſtimatione nō vili
ſemper habita fuit, vt elegans tex. pro-
bat,in extrauagan.(Ioan.22.)execrabilis,
§.nos itaq; ibi, ac Regum filijs, de præben.
quo loci Regum filij propter generis cla
ritatem potiori ſunt prærrogatiua atto-
lendi, hocq; idem Ioan. Andr.profeſſus
fuit,in cap.venerabilis verb.virtutū,ex-
tra de præben. in nouella, quem refert
(multa de nobilitate eiuſq; prærrogati-
uis adiungens ) idem Cepola vbi ſupra,
§.4.poſt nu.23. & omnium latiſsimè Ti-
raq.& Ioan.ab Ottalora(de eadem)inte
gros tractatus edentes, nuncupatim au-
tem hac de re Tiraq. diſſerit vbi ſupra,
cap.20.nu.3.quoad propoſitum tamē no
ſtrū cū vt plurimū nobilitates à Regibꝰ
proueniant,l.Imperatores(ex qua id Al-
be.no.) ff. de decu. tenentq; pleriq; quos
Tiraq.refert,in d.tract.cap.6.nu.2.æquū
iuſtumq; eſt,vt eas nobilitates Princeps
augēdo attolat,& conſeruet,ad tex.egre
gium in l.fi.verſ.poſt depoſitam ibi,cum
per abſurdum, de agen.in reb.lib.12. de quo
tex.ad rem noſtram addendus eſt Crot.
d.conſ.291. nu.34. vol.3. conuenitq; alter
opportunus tex. in l. lex quæ tutores,§.
nec verò C.de admi. tuto. cuius quo ad
propoſitum noſtrū Bal.meminit,cōſ.57.
ad fi.volu.2. & Tiraq. vbi ſupra in præf.
nu.46.

In ſumma tandē poſtrema ratio ſupra-
ſcriptis addi poteſt, vt ſcilicet Sereniſs.
Rex Petrus tale priuilegium cōceſſerit,
quia etſi temporibus illis Gymnaſium
Oſcēſe collaberetur,propter quod repa
ratione & reformatione indiguiſſet prin
cipali,vt in dicto priuilegio ſupponitur,
nihilominus tamē reliquiæ atq; veſtigia
illius remanebāt, ideoq; ob memoriam
priſtinæ dignitatis † priuilegium meri- 108
tò conceſſum fuit,l.vt vnius,§.ſeruus in
eius,ff.de quæſt.l.ſeruos non ſolùm, eo.
titu.retenta inductione,quàm ad prædi-
cta iura ſeruat Natta ( qui in materia
omninò noſtra de ratione conceſsionis
quærit,& quam tradidimus aſsignat)in
conſ.190.nu.4. cū ſeq. vnde iam ex præ-
miſsis conſtat Sereniſ. Regem Petrum
cordatè voluiſſe.

Sed & nunc de poteſtate(quod ſcilicet
is talem gratiam atq; conceſsionē Oſcē
ſibus impertiri potuiſſet ) dubitandum
non eſt,cum eius generis cōceſsio à me-
ra ipſius volūtate procedat, ita quidem
vt mutuò poteſtas atq; voluntas cōfun-
dantur, vel ex eo maximè, quòd in his
verſemur,in quibus ſolus † Princeps(iu- 109
re peculiari ſuo inſpecto)poteſt,neq; ali
quod præſtant adminiculum alia iura,
puta naturale,vel gētium,cum quibus,
priuilegiorū,immunitatū,libertatumq;
conceſsiones nihil penitus commune
habent,vt per eum tex.ab Angelo tradi-
tum eſt,in l.Antiochenſium,ff.de priui.
credi.& reſumit Arc. in d.cap.nouit nu.
26. verſ. aut non fuit ius quæſitum, extra de
iudi,& quòd in his ſolus poſsit Princeps,
probat tex. in d. §.hæc tria in proœ. di-
geſtorum,& in cap. 2. de priuileg. lib. 6.
glo. in clement. dudum, §. ſtudijs,ver.
generalibus, de ſepul. & quod omnes tra-
dunt in clemen.2.de magiſ.prout etiam
Abb.in cap.tuæ fraternitatis,col.1.de cle
ri. non reſid. & tantò magis conceſsio
prædicta fieri potuit, quatenus in ea de
nul-

UVA.BHSC

nullius præiudicio tractatur, vt in ſpe-
cie noſtra Dec. tradit conſ. 137. poſt nu. 2.
Et cum priuilegia hæc, ex liberalitate
Principum proueniant (vt apertiſsimè
conſtat) non immeritò dicemus cau-
110 ſam illius poteſtatis in Principe † libe-
ralitatem ipſam exiſtere, cum propriū
Principum gennium ſit, liberalitatem
exercere, ex Albè. & Bal. in l. fi. ff. de
conſt. prin. (vbi rationem illius tex.
hanc eſſe dicunt) hocq; idem ipſe Bal.
refricat in l. vni. §. cum autem C. de
Cad. toll. & alibi, vt per Nattam habe-
tur conſ. 464. num. 16. quo loci egregiè
111 ait, Iureconſultum in d. l. fi. vſum † fuiſ-
ſe illo loquendi modo, quamplenisſi-
mè, vt demonſtret, in his pleniſsimam
eſſe Principis poteſtatem & liberalita-
tem, ita vt non otiosè alibi dictum fue-
rit, Principis liberalitatem freno non
ſubiacere, nec comprimendam forè, l.
penult. C. de don. inter vir. & vxo. & vt
egregiè Impera. inquit in d. l. fi. de agen.
in reb. lib. 12. abſurdum eſt per aſtutam
interpretationem beneficia Principum
non ad augmentum, ſed ad diminutio-
nem conuertere, de quo tex. (vltra Crot.
vbi ſupra) conſule Nattam conſ. 504.
nu. 15. & conſ. 464. num. 14. & dixi ſupra
nu. 7. in fi. Quibus cōſtitutis atq; proba-
tis, necnon voluntate & poteſtate præ-
fati Sereniſ. Regis Petri concedentis ir-
refragabiliter & inconcuſsè manētibus,
dicendum neceſſariò eſt, erectionem
dicti Oſcen. Gymnaſij per cōſequenſq;
ſtudium tale ſine vllo detrimento atq;
iactura ſubſiſtere debere, ita vt neq; alij
priuilegium tale communicari poſsit,
Princeps etenim ſicuti nec ſubditorum
112 iura in totum ſubuertere, † ita nec mi-
nuere poteſt l. ſi optio ff. qui, & à quib.
per quem tex. ſic variis in locis Bal. hoc
aſſeuerat, vt Natta refert conſ. 591. nu. 9.
& 10. Et quòd ex conceſsione quam Cæ-
ſarea maieſtas Caroli Quinti fecit, pri-
uilegium inde obtentum neutiquam
valeat, cum id concedere non poſsit.
Probatur primò (circunſcriptis ratio-
nibus quæ ſuperius ſuper primo argu-
mento in defectibus voluntatis expoſi-
tæ fuerunt) quoniam † omnia à Rege 113
geſta ſuper honeſtate fundari debent, l.
hac lege C. de pact. conuen. §. vlti. in
Auth. de non eligen. ſecun. nub. Sed in-
honeſtum indecenſq; eſt Principibus
eandem rem duobus concedere, vt pro-
batur in d. l. prædia, de loca. præd. ciui.
lib. 11. & ex pluribus firmat Natta conſ.
509. nu. 2. hocq; idem ad deciſionem ar-
ticuli noſtri Curt. Iun. tradit, conſ. 142.
nu. 7. & 8. & conſ. 174. nu. 22. cum ſeq.
ergo &c.

Tum etiam quia æquitate vrgēte pri-
mo donatario ſatisfaciendum eſt, l. in
operis, ff. locati, quòd ſi hoc non fiat,
dici proculdubio debet, Principem nō
ſecundùm æquitatem imo verò potius
ex iniquitate (vt vtar verbis Lucæ de
Penna in dicta l. prædia, in argumen-
to 17. pro hac parte) proceſsiſſe, per con-
ſequenſq; cum dolo (ſi ſic fari licet) quē
† in Principe adeſſe execrabile eſt, quid 114
quod in eo ex iuris præſumptione ceſ-
ſat, l. probatorias de diuer. off. lib. 12.
comprobatq; latè Menoch. conſil. 108.
nu. 12. conuenit igitur vt dicamus Prin-
cipem alteri concedentem, quod prio-
ri donauerat, id minimè præſtare poſ-
ſe, valdè enim eſſet Principi imputan-
dum ſic concedenti, non ſecus atque
cuilibet priuato, ſicuti enim priuato ho-
mini aduerſus proprium factum veni-
re non licet, l. poſt mortem vbi gloſ.
(cum concordantibus in ea adductis)
ff. de adopt. ita quàm maximè dedece-
ret ſi Princeps ſibi ipſi contradiceret, vt
refert (latè comprobans ex Baldo) Za-
ſius conſ. 10. nu. 27. vol. 2. de contradictio-



UVA.BHSC

ne autem quæ contingere poſſet in hoc caſu, dictum fuit latius ſupra ſuper 4. defectu voluntatis, & in puncto ſuadetur ex dictis Bal. in conſ. 326. poſt num. 6. in verſ. finaliter, vol. 1. dum inquit, quòd
115 vbi Principis ſucceſſor † contrauenit factis anteceſſoris, ſibi ipſi contradicere atq; aduerſari videtur, cum plurium perſonarum ſucceſsiuè ſuccedentium, vnum ſemper ſit imperium, & de dicto Baldi meminit præceptor Aymo, d. cõſ. 141. poſt nu. 17.

Et quidquid ſit q̃ hoc de iure ꝓcedat, ſtrictius tamen negotium perſtringẽdo dicẽdum eſt ex dicto priuilegio Sereniſ. Regis Petri ſucceſſoribus ipſius præcluſam fuiſſe viam, quo minus alteri loco præſentis Regni Aragonũ, ſimile priui-
116 legium † erigẽdi Gymnaſium cõcedere poſſint, ad quod mirificè ſeruiunt verba priuilegij Oſcenſis in præfatione ipſius poſita ibi, præ cæteris inſigniti & ibi, præ cæteris locis & ciuitatibus Regni noſtri Aragonũ dicta enim in præfatione cenſentur repetita in diſpoſitione, l. Titia, §. 1. ff. de verb. oblig. & cum in ipſa præfatione, præ cæteris locis dicat ſe dictam Oſcenſem ciuitatem eligere, in parteq; diſpoſitiua fiat etiam mentio de loco, ibi, quòd in aliquo Regni noſtri loco, verba hæc non ſolùm prout ſonant in prohibitionem, de perſonis intelligi debent, verùm etiã de loco, ita vt non in alio loco Gymnaſium erigi poſsit, præcedentia, nanq; declarant ſequentia, l. ſi ſeruus plurium, §. fi. & l. filiabus in prin. ff. de leg. 1. l. fi. §. fi. (vbi glo.) ff. de vino, tri. ole. leg. quid quod præcedentia magis influunt in ſequentia, quàm cõtra, Bar. in l. ſi quis ex argentarijs, §. ſi initium col. 2. ff. de eden. l. quiſquis (vbi Bar.) ff. de leg. 3. cum ſimilibus de quibus per Iaſ. in d. §. ſi initium, in prin. per Rom. conſ. 403. & Sozi. in l. ſi pacto quo pœnam, C. de pact. Et hoc ſtante, cum in dicta præfatione includat expreſsè Oſcenſem ciuitatem, ſequitur quòd illius incluſio alterius ſit
† excluſio, ita quòd includendo Oſcen- 117
ſem ciuitatem, quemcunq; alium locum præter incluſum, excludere videatur, l. cùm prætor, ff. de iudi. quæ pariter ratio in diſpoſitiua parte dicti priuilegij locum habet, per ſupradictam rationem de mutua vtriuſq; caſus incluſione, ad hancq; rem, & quòd ex illis verbis præ cæteris omnia alia loca excluſa cẽſeantur, de iure noſtro Aragonum expreſſus tex. videtur in prohemio Regis Martini ad foros, ibi, quæ præ cæteris Regni ciuitatibus eſt notabilis & inſignis in qua Reges Aragonum coronantur, & ex eo tex. Moli. noſter in ver. Rex Aragonum 1. colligit, in ciuitate ſolùm Cæſarauguſtana Reges coronari, ita quòd alibi coronari minimè poſsint, ſicuti igitur vigore illorum verborum, præ cæteris Cæſarauguſtana ciuitas (quoad effectum de quo ibi) ita includitur, vt quælibet alia ciuitas excludatur, ita in ſpecie quidem noſtra ex eiſdem verbis dicti priuilegij Sereniſs. Regis Petri, quæ quoad effectum ad quem id inductum eſt, Oſcẽſem ciuitatem includunt, eo cum effectu eam includent, vt præter Oſcenſem, quẽcunq; alium locum excludant, per conſequenſq; omnia alia loca interdicta ita cenſeantur, vt in eis Gymnaſium erigi minimè poſsit. Id quod manifeſtius in dicta diſpoſitiua parte priuilegij idem met Rex Petrus efficaciter inſinuare deprehenditur, dum in verſ. Ita quod de cætero prohibet quibuſcunq; perſonis ne poſsint docere, vel audire facultates niſi in dicto Oſcenſi Gymnaſio, & cum prohibetur quòd non legatur, neque audiatur, omnia quæ ex lectione, atque auditione ſequuntur, prohibita intelliguntur, ſicuti in ſimili

dene-

UVA.BHSC

denegata poteſtate ferendi ſententiam,
quæcũq; cognoſcẽdi facultas interdicta
118 eſt, quãdoquidem denegato fine, † dene-
gatũ cenſetur qualecũq; principiũ, iux-
ta no. per Rom. conſ. 299. nu. fi. & ſeruit
ad hãc rem mirificè tex. in cap. cũ quid
de reg. iur. lib. 6. vbi Dynus in prin. ait,
duas in iure reperiri regulas, quæ per
omnia adinuicem æquipollere cenſen-
tur, quarũ illa eſt prima, quòd cum ali-
quid prohibetur, & id prohibitum ſit per
quod ad illud peruenitur, l. oratio, ff. de
ſponſal. Altera autem eſt, qua dicitur, vt
cum aliquid prohibetur cẽſeatur, & pro
hibitũ omne id quod ex illo ſequitur, vt
in d. regula cũ quid probatur, inductioq;
ſuperius per nos facta (iudicio meo) om-
nimodo ꝓbatur ex tex. expreſſo in cap.
ſuper ſpecula, extra, de priui. vbi eò ꝙ
docere & audire leges perſonæ Pariſijs
prohibentur, locus affectus cenſetur, pa
riterq; prohibitus ad omne id, quod ex
lectione doctrina, atq; legum auditione
prouenit, vt ex tex. colligitur ibi, quia ta-
men in Francia.

Hæcq; adhuc ſtrictius probãtur ex eo
119 quòd dici ſolet, ciuitatem † deſtrui, ſi ab
ea perſonæ tollãtur, l. penul. 1. reſp. ff. de
colleg. illi. per quem tex. ſic Bal. dicit, in
tract. de pace Cõſtan. poſt nu. 10. & quia
perſonis adẽptis, priuilegiũ quod illarũ
ratione cõceditur, ſublatũ quoq; intelli-
gitur, l. intercidit, ff. de cõd. & demõſt. l.
poſtquã in prin. ff. vt leg. nom. cauea. ex
hiſq; iuribꝰ hoc Bal. vbi ſupra tenuit nu.
11. & fuſius Natta (multos recẽſens) cõſ.
218. nu. 7. Rubeuſq; Alexãdrinus cõſ. 149.
nu. 8. Gymnaſijs autẽ & ſtudijs, propter
perſonas quæ ibi conueniunt, priuilegia
conceſſa fuiſſe, nemo eſt qui ambigat.

His addas quòd Sereniſs. Rex Petrus
lecturã & auditionem denegat, & nega-
120 tionis quidem illa eſt † vis atq; poteſtas,
quòd quicquid poſt ſe in eadẽ cathego-
ria inuenit, deſtruit, eiuſq; cõtradictoriũ
inducit, prout ex logicis Bartholomeus
Calepius tradit, in rep. l. ſi is qui ducẽta
nu. 26. ff. de reb. dub. eſt enim negatio ma
lignantis naturæ, ita vt magis neget,
quàm affirmatiua affirmet, iuxta nota-
ta per glo. mag. in med. in cap. cum di-
lectus, extra, de conſue. hinc eſt quòd
negatiua indefinitè prolata † de proprie 121
tate ſermonis æquipollet vniuerſali, ta-
metſi in affirmatiua ſecus ſit, ſicuti poſt
glo. Fulg. no. in l. iuriſgentiũ, §. ſed ſi frau
dãdi, ff. de Pact. & reſumit Vber. Zuchar.
in l. 1. nu. 64. C. eo. tit. apprimèq; ſeruiunt
ſcripta Iaſ. in l. non dubiũ in 8. not. nu. 17.
C. de ll. circa prohibitiuas diſpoſitiones,
quæ ex ſui natura clauſulã derogatoriã
† ſemper implicitam habẽt, ita vt opus 122
non ſit quòd prohibitio vlterius adijcia
tur, cũ ex prohibitione quãtùm oportet
ſatis lex irritare atq; annullare cenſea-
tur, vt ibi latius per eundẽ Iaſ. habetur, ra
tionẽ reddẽtem, ad pluraq; inferẽtem.

Rurſus pro præmiſſorũ corroboratio-
ne arbitror attẽdi debere, ad verba priui
legij in parte diſpoſitiua poſita ibi, alio-
quin iram & indignationem noſtram & pœnã
tenor enim & priuilegij verba † intuẽda 123
ſunt, c. porrò, & c. accepimus, extra de
priui. cũ ſimilibus ad hoc propoſitũ per
Nattã allegatis, cõſ. 64. n. 1. & Rub. Alex.
cõſ. 50. poſt n. 3. in verſ. & pro ſolido funda-
mento. His ſuppoſitis & ꝙ præfatus Sere
niſſ. Rex Petrus prohibuerit, poſtmodũq;
pœnã (vbi trãgreſsio ſubſequuta fuerit)
adiecerit, quòdq; ꝓhibio illa de iure va-
luerit (vt notiſsimũ eſt) nũc ſic argumẽ-
tor, nã ſi vbi prohibitio de iure nõ valet
pœna † ꝓhibitioni tali adiecta actũ aliàs 124
inutilẽ & vanũ valere facit, pœnaq; cõ-
mittitur & debetur, vt ex cõm. dd. ſentẽ-
tia in l. filius familias 117. §. diui, el ſegũ-
do (poſt Opizonũ nu. 44. & Loazes 17.)
ff. de leg. 1. ego reſolui in 2. limitatione ad



UVA.BHSC

primum not.ergo vbi aliàs prohibitioni quæ de ſe valuit pœna adijcitur, quoad prohibitionē ipſam aliquid vlterius operari debebit, vnde ſi in caſu noſtro addere aliquid debet, vt reſpectu loci adiungat, neceſſariò dicendum eſt, ita quidem vt cum effectu quilibet alius locus, præter in priuilegio expreſſum, interdictus exiſtimetur, cum aliàs perſonæ iam prohibitæ eſſent, in eiſq; vlterior prohibitio minimè deſideretur, & hic differendi modus apprimè confert ad diſpoſita in
125 d.cap.ſuper † ſpecula, quo loci, ita prout in propoſito noſtro à Romano Pontifice proceſſum deprehendes. Præmiſſaq; maximè iuſtificantur, ex eo quod dictū fuit ſupra, de diſpoſitionibus prohibitiuis, quòd in ſe incluſam tacitè habeant derogatoriam clauſulam, prout in d.l.non dubiū Iaſ. adnotat, nam cum ex vna parte iam adſit prohibitio, ex qua derogatio ſequitur, ſi aliquid aliud illi accedat, quod ad prohibitionem tēdat, iam duplex progreditur prohibitio, & prohibitio quidem prohibitioni addi-
126 ta † potentius prohibet, ſicuti per contrarium permiſsioni addita permiſsio, magis concedit atq; tolerat l. 1. §. nunciatio, ff. de nou. ope. nun. §. ſanctiſsimas, in Auth. de alie. & emphi. retenta inductione, quam ad eum tex. ordinarij & repeten. (maximè Loazes, nu. 4.) in d. §. Diui, faciūt, & cōſulentes, vt Ruy. (omninò cōſulendus) reſpon. 147. poſt nu. 14. vol. 2. & tractatus edentes, vt Fabianus de Monte, in tract. de emp. & vend. q. 4. prin. nu. 26.

Præterea adhuc animaduertendum eſt, quòd in dicto priuilegio Sereniſ. Regis Petri, perſonæ docere, & audire prohibitæ ſunt propter locum, quòd efficaciter demonſtratur ex parte exceptiua dicti priuilegij, ibi, præterquam in Eccleſijs & ordinibus in quibus ſolitum eſt legi, ex quibus profectò verbis conſtat, quòd in dictis locis exceptis perſonæ docere & audire valent, indeq; neceſſariò ſequitur, quòd omnis locus vbi perſonæ, nec docere, neq; audire poſſunt prohibitus cenſeatur (ſtante eo quòd hoc quòd legatur, de genere prohibitorum † exiſtat, d. §. 127
hæc tria, in proh. digeſtorum) cum propter eum perſonæ, nec docere, neq; audire poſsint, & quia (vt diximus) vnius incluſio, alterius eſt excluſio, & permiſſum in vno in alio prohibitum apparet, ſicuti è conuerſo prohibitum in vno in alio permittitur, vt regula cōtrariorum ſeruiat, quòd inter ea, eadem ſit iuris diſpoſitio, §. 1. inſt. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. & per multa alia (quæ opportunè adducit quoad rem noſtram) Alber. Bru. declarat, in tract. de diminu. concluſione 6. nu. 13. cum itaq; in dicto duntaxat Oſcen. Gymnaſio doceri, aut audiri debeat, & poſsit, ac in dictis Eccleſijs, aut ordinibus, prout in dicto priuilegio cautum eſt, ibi, quàm in noſtro ſtudio Oſcen. & ibi, præterquam &c. conſonat vt dicamus, quemcunq; alium locum præter Oſcenſem prohibitum intelligi, vt exceptiones propoſitæ in dicto priuilegio, propriam ſeruent naturam, quarum ea eſt vis, atq; poteſtas, † vt in non exce- 128
ptis regulam in contrarium firment, l. nam quòd liquidè, §. fi. ff. de penu. leg. la tè poſt Dec. Cagno. in l. 1. nu. 31. cum ſeq. ff. de reg. iur. & Sozi. Sen. (ſic arguens) cōſil. 25. nu. 27. Et hoc veriſsimo themate retēto, quòd ſcilicet perſonæ à dicto munere legendi & audiendi propter locum arceantur, adhuc præmiſſa corroborātur, ex hac potenti ratione, nam inducta ad diminutionem † cum eam inducere 129
non poſſunt niſi augmentum ſequatur, illud quidem iudu cunt, l. deniq;, §. interdum, ff. de pecu. leg. retenta inductione quam præfatus Brunus ad eum tex. obſer-

UVA.BHSC

ſeruat, vbi ſupra, nu.14. ſed in propoſito ſi locus omnis (præter ciuitatem Oſcenſem, Eccleſiaſq; & ordines) interdictus non fuiſſet, diſpoſitio concedentis, quæ in diminutione fundatur (propter prohibitionē expreſſam in diſpoſitiua priuilegij parte) operari minimè poſſet, vt notiſsimū eſt, quia alibi doceri & audiri de facto poſſet, quo caſu exceptio in priuilegio adiecta inutilis redderetur, quòd
130 nulla rationi † ferendū eſt, vt in optimo ſimili. Alex. declarat in l.fi. poſt nu. 4. ff. quòd quiſq; iur. cuius dicta Rub. Alex. ſequitur, cōſ. 49. vlti. col. verſ. non obſtāt, Dec. conſ. 198. nu. 3. ante verſ. quartò confirmatur, & Are. conſ. 30. nu. 8. vt ergo cōcedentis diſpoſitio aliquid operetur, dicendum eſt, præfatam prohibitionem ad omnem locum non exceptum extendi.

Ex quibus iam ſatis, ſuperq; conſtat' refragante Sereniſ. Regis Petri priuilegio, non ſineq; maxima Oſcenſium iniuria, Cæſarauguſtanos quod attentant, moliri, cum ea Regis Petri mens fuerit, vt Oſcenſem ciuitatem duntaxat hoc honore afficere voluerit. Et quamuis in hoc nulla ratio, quàm quæ ab eius voluntate pendet, expetenda foret (vt ſupra latius oſtendimus) obidq; illa etſi ge-
131 neralis † ſufficeret, neq; ſpecialis deberet aſsignari, argumento ducto à iudice, de quo ſic dicit Paul. Caſtren. in l. cum hi, §. ſi prætor, ff. de tranſ. cuius doctrina (arguendo de iudice ad Principem, in quo maior eſt quam in iudice poteſtas) vtitur Natta conſ. 657. num. 56. & latius conſ. 160. nu. 17. Quia tamen eas ipſemet Rex concedens exprimit, ad fouendāq; iuſtitiam noſtram mirificè conducunt, ſilentio eas non præteribo. Eòq; libentius id ſatagemus, vtpote quod rationes hæ ab eo propoſitæ ſint, qui boni, vel mali æſtimator iuſtus exiſtit, vbi enim aliqua ocurrere poſſunt, quæ pro bono, vel malo æſtimari debent, nullus a Principe melior eſt arbiter † neq; iudex, l. me- 132
uia, §. fi. ff. de annu. leg. & Cynus adnotat in l. reſcripta, C. de prec. Impe. offe. Princeps enim ipſe iudicium eſt Iudex, vt no. in l. nemo iudex, de decur. lib. 10. cum itaque has rationes, prudentiſſimus Rex Petrus (vt dictum eſt) ſubiungat, æſtimandum proculdubio eſt, eas ſibi opportunas videri, mihi autem neceſſariæ omninò & irrefragabiles pro tuenda hac cauſa non immerito occurrunt. Obidq; eas ſigillatim perſequar, quæ enim notabilia ſunt, † niſi expri- 133
mantur, videntur neglecta, l. item apud §. ait prætor, ff. de iniur. Rationes autem in vnum congeſtæ ſunt quæ ſequuntur (quas tamen poſt modum ſpecialiter perſequemur). Nam ipſemet Sereniſs. Rex Petrus in conceſsione ſua, † ciuita- 134
tem hanc Oſcēſem ſtudijs maximè opportunam æſtimat, propter aëris ſalubritatem, agri amœnitatem eiuſq; vbertatem & victualium abūdantiam, his accedat quod incolæ prædictæ Oſcen. ciuitatis, eiuſq; ciues exteris beneuoli ſunt, diſtatq; ciuitas noſtra à cæteris Hiſpaniarum ciuitatibus (dempta Ilerden.) vbi huiuſmodi ſtudia exerceri ſolent, præſenſq; ciuitas propè montes ſita eſt, vnde vt plurimum aëris ſalubritas prouenire ſolet, qui enim in montibus habitant, aut propè eos, fiunt ſicciores. Percō ſequenſq; ſeniores, vnde loci peſtilentes † dicuntur, quaſi in palude conſiſtē- 135
tes, propter quod montanæ habitatio ſtudioſis valdè conuenire videtur, prout etiā quòd Gymnaſium erigatur in loco non frequentato, ſed potius abdito, vnde veteres ſapientes Muſas in mōtibus habitare, & inter nemora & aquas (quaſi in ſecretis locis) confinxerunt, iuſtiſsimè itaq; his & ſimilibus rationibus moueri



UVA.BHSC

potuit ſapientiſsimus Rex Petrus huius
Gymnaſij reſtaurator,& inſtitutor,cum
præ cæteris locis & ciuitatibus huius
Regni Oſcenſem ciuitatem ad hunc fi-
nem aſſequendum aptiorem & ſtudio-
ſis opportuniorẽ atq; commodiorẽ æſti
mauerit,nam pro locis res,ſed & pro re-
bus loca amanda ſunt, ſuadente tex. in
cap. nouit, 12. diſt. & tradit in terminis
noſtris Natta(à quo hæc deſumpta fue-
runt) in d.cõſ.657.poſt nu.16.& omnium
latiſsimè Tiraquel.de nobilitate,cap.12.
nu.8.cum ſeq.

Et vt iam ſingula perſequamur,aëris
136 temperies † iuſtam præbet introductio-
nis cauſam,vtpote, quod plurimum in-
genio conferat,teſte Barbatia,in Rub.C.
qui admitti,nu.150. ad finẽ, vbi loquens
de ſplendida ciuitate Bononiæ ( quam
ſub delineamento atq; metaphora Val-
lis Rheni deſcribit ) vbi ſita eſt arca ſua
(vulgò appollinaria dicta quam ego be
nè noui ) aſſerit aërem eſſe ibi tempera-
tiſsimum,alta & ſublima enutrientẽ in-
genia,propter amœnitatem,& loci tem
periem, quæ mirum in modum ad cor-
poris ſanitatem tuendam conferunt,l.1.
§.ſed ſi rem, ff. ſi quid in frau. patro. &
ſubdemus latius infra,& de dictis Barba
tiæ meminit Neuizanus Syluæ Nuptia
lis,lib.5.nu.47.Magnũ quippe momen-
137 tum ad valetudinem eſſe in † aëris ha-
bitu oſtendit Homerus lib. Odyſſeæ 4.
in fortunatarum inſularum deſcriptio-
ne, flante ſcilicet Zephiro ibi ſemper,
vbi hominibus facillima vita eſt,& vbi
multa hyems nõ eſt.nec multa nix,nec
imber,prout ſic verba Homeri diſpun-
git, atq; vertit Tiraq. de nobili. cap. 31.
nu.196. obidq; non ſine ratione maxima
ſcriptum Cepola reliquit, in tract. de
ſerui.ruſt.præ.cap.47.(quod de aëre tra
ctat) num.4. fundum propter puriſsimi
aëris benignitatem pluris vendi. proba
bilemq; eius eſſe † affectionem,perinde, 138
ac ſi maiorum fuiſſet, propter quod &
ſubdit,minori ob eius alienationem,ita
reſtitutionem concedi,ac vbi maiorum
eſſet, concederetur, quod quidem vlti-
mum iuſtam præbet cauſam vt minor
reſtituatur,l.ſi emptionem, ff. de mino.
idq; autoritate d. l. primæ, in d. §. ſed ſi
rem,verſ.& aliàs videmus,ibi, vel oppor-
tunitas &c. probat præfatus Cepola,ſub-
dens alibi in tracta. ſcilicet de ſimula-
tione cõtractuum præſumpt. 15. haben-
tem plura prædia ſi aliquod ex illis ven
dat ( ad nutum emptoris deligendum )
non videri voluiſſe vendere id,ad quod
affectionem habet,ob aëris temperiem,
idq; argumento d.§.ſed ſi rem,quæ val-
dè notanda ſunt,pro his quæ Ripa com-
memorat, in tract. de peſte. cap. de re-
medijs præſeruatiuis contra peſtem,nu.
2.3.& 4. vbi etiam de dicto Cepolæ me-
minit. Amœnitas quoq; loci nõ parum
ſtudijs conuenit,† ſi credendum ſit Bar- 139
tolo in §.hæc autem tria in prohe. dige-
ſtorum, qui poſt accepta doctoralia in-
ſignia, ſe receſsiſſe ait, in amœnum lo-
cum ( vulgò ſanctum Victorem appel-
latum) qui ab vrbe Bononiæ tribus mil-
liaribus diſtat,ibiq; ego,in cubiculo vbi
Bar. ſtudijs vacabat, ſteti per menſes
duos ( quamuis non ſic mihi prout Bar-
tolo euenit ) in eo itaq; loco vti amœno
Bar.dicit ſe ſua ſtudia perfeciſſe,& quod
ad amœnitatem attinet,vt illius maxi-
mè ratio haberi debeat ita,vt à loco au-
ferri † non debeat,aſſeuerat Iureconſul- 140
tus in l. competit §. ſi quis, ff. quòd vi,
aut clam,eoq; loci glo. verb. amœnitas
ait, amœnitatem multum redolere, &
ob hanc cauſam ciuitatem Auenionen-
ſem(vbi ſtudium erectum eſt) commẽ-
dat valdè Ripa,in tract.de peſte,in §. de
priuileg.contract.cau.peſt.nu.122.

Huic ſalubritati & amœnitati ſitus
Oſ-

UVA.BHSC

Oſcen.proxima adeſt eiuſdem agri fertilitas,quam ſub nomine boni Iureconſultus includit, in l.quid aliud 89. ff. de verb. ſigni. vbi Iurecōſultus inquit,iura prædiorum eſſe ſi prædium bonum ſit, ideſt, non ſterile,ſed fœcundum, vnde ſi fundus ſterilis ſit atq; ſaxoſus, bonus nō dicitur,l.ſi fundus,ff.de rebus eorum hinc Portius Cato cenſebat in emendo inſpiciendoquè agro duo † præcipuè eſſe conſideranda, ſalubritatem cæli,& vbertatem loci, quorum ſi alter deeſſet, ac nihilominus quis incolere vellet,mē te eſſe captum, neminem enim ſanum debere facere ſumptus in cultura ſterilis ſoli, nec rurſus peſtilentis, quamuis feraciſsimo pinguiq; agro dominum ad fructus peruenire. Poſt hæc duo potiſsima, atq; principalia ſubiungebat, illa non minus intuenda,viam & aquam & vicinium, quod Columela refert de re ruſtica lib.1.cap.3.& Pallad. de re ruſtica lib. 1. tit. 6. ſic dicens tria mala æque nocent, ſterilitas, morbus, & vicinus. Sed & de fertilitate nō incautè Accur. in d.l.quid aliud dixit,bonitatem fundi, fertilitatem bonorum multorum eſſe, quando enim fundus bonus eſt, fœcundos & bonos facit fructus,prout hæc patria Oſcenſis.Ex vulgari prouerbio,omnium regnicolarum dicentium ſolum
141 † Oſcenſe (vulgò la hoya de Hueſca) impenſæ frugalitatis eſſe. Quod ſcientiſsimè PetrusRex ſub illis verbis præ cæteris oſtendiſſe videtur.

Beneuolentia etiam quæ ab amicitia prouenit valdè neceſſaria videtur,ita vt
142 hodiernis temporibus amicus † magis neceſſarius ſit quàm aqua & ignis (vt in prouerbio relatū eſt)quēadmodū enim citra ignem & aquam non conſtat hominum vita, ita nec ſine amicis, & tollerabilius eſt ſine pecunijs viuere quàm ſine amicis,& Horatius ait,nihil ego cōtulerim iocundo ſanus amico,& Cicero lib.4.Epiſtol.familia. ſic ait,ſine amicorum beneuolentia neq; in aduerſa, neq; in ſecunda fortuna quiſquam viuere poteſt, quod ſi vt idem Cicero 2. Officiorum ait,omnis ratio & inſtitutio vitæ ad iumēta hominum deſiderat,multò magis qui in ſtudijs verſantur his opus habent,à ciuibuſq; expetere debent,cum à patria ſua amore ſcientiæ exules facti ſint, de diuitibus pauperes,exinaniunt vitam ſuam, proclamante Imperatore in authen. habita.C.ne filius pro patre, quòd verò hæc ab Oſcenſibus ſcholaſtici obtineant, non ex alio demonſtrabimus quàm ex vulgatiſsimo,eodemq; antiquiſsimo epythecto quo hæc ciuitas inſignita eſt,ò,Oſca † Oſca,nonaginta 143
nouem turres habes, proprios expellis, extraneos amplexaris,adeò vt id in prouerbiū ierit (proprios expellit extraneos amplectitur Oſca.) De Oſcaq; idem dici poterit quod de Bononia in qua (quamuis ſplendidiſsima vrbe, ſtudium erectum fuit à Theodoſio Imperatore, non alia ratione niſi quod ſuper omnia bona † eſ- 144
ſet ad glo. in ſalutatione ad ſextum, eiuſq; bonitas in eo potiſsimum verſatur, quòd exteros ad ſe alliciat, mirificeq; beneficijs afficiat, vnde prouerbiū eſt apud Italos vulgatiſsimum, il ſangue Bologneſe) ob idq; matris ſtudiorum nomen non immerito adepta eſt,vt ex numiſmatibus quæ ibi cuduntur conſtare poteſt,non minus quàm ex literis priuilegij doctoratus(quod incipit Glorioſa ſtudiorū mater Bononia quæ inter aliàs ciuitates Italiæ celeberrima eſt) apparet. Sed de his ſatis, quid plura? nam cum propè montes ſita ſit hæc † ciuitas, 145
plurimum ſtudijs confert, præter enim ſanitatem atq; ſalubritatem quam præſtat ex ſitu ſuo & collocatione circa mōtana (quæ omnium regionum ſaluberrima

rima

UVA.BHSC

rima eſt, vnde Angelus dixit Loth, in montem ſaluum te fac. & Petrus in mõte exiſtens, dixit, Domine bonum eſt nos hic eſſe, Matthæi 17. & refert Ripa d. tracta. de peſte in parte fin. nu. 54.) ſtudiis maximè conueniens eſt, tum quòd in hac tumultus, atq; tripudiatio ceſſet (quod muſis conuenit l. vni. de ſtud. liber. vrb. Romæ vbi Odofredus, & Iacob. Rebuf. not. lib. 11. C.) tum quod ſitus eius abditus ſit, à frequentiaq; & conuerſatione hominum remotus, quæ omnia ſtudia ipſa mirificè extollũt atq; adaugent, vt ſupra latius expoſuimus, hæcq; loco ſecundæ rationis ad fauorem Oſcenſium dixiſſe, ſufficiat.

Tertia tandem pro eiſdem ſuccedit ratio, admiſſo enim eo quod auctoritate Sereniſ. Regis Petri ſtudium hoc Oſcẽſe erectum fuerit ſicq; (veluti, vt quid de iure ſubſiſtens) ad hodierna vſq; tẽpora fœliciſsime ſubſtiterit: quod æquè fauorabiliter vſq; in æuum (ſine ipſius decremento) propagari debeat, vel ex eo maximè congruit, quod auſpicijs & fauoribus Sereniſsimorum Regum Ferdinãdi Catholici, necnõ ſacratiſsimi Imperatoris Caroli Quinti indelebilis memoriæ Principum, poſtremo tandem liberalitate, ac munificentia gratioſa (quæ Regem decet iuſtiſsimum) potentiſsimi, pariterq; inuictiſsimi domini noſtri Regis PHILIPPI Catholici, cuius vota & vitam per longa tempora, optima (qui a Deo eſt) fortuna ſecundet, confirmatum fuerit, quæ quidem confirmatio per tot ſucceſſores
146 præfati Regis Petri facta, maximi † momenti eſt, maioremq; firmitatem præſtat, quàm ſi ab vno duntaxat Rege fieret, vt ſignanter decidit Areti. conſ. 15. in fine. 2. dub. Roma conſ. 327. num. 3. (vbi omninò videndus) Deci. conſ. 165. Romanum referens nu. 3. & omnium latiſſimè Neuizanus inter conſilia Bruni cõſil. 12. nu. 24. quo loci præfati dd. dicunt, præſumendum non eſſe Principem velle derogare priuilegijs quæ † prædeceſ- 147
ſores ſui ſoliti fuerunt confirmare, quod etiam multis comprobat Cacheranus deciſione 142. nu. 18. vbi omnino, iuſtitiæ nanq; & iuris ratio poſtulat, vt Principes prædeceſſoris ſui voluntatem & ſtatuta magis cuſtodiant, quàm alterius inferioris, cum enim ipſi à ſuis ſucceſſoribus mandata ſua ſeruari deſiderent (prout etiam in præſenti cauſa Sereniſs. Rex Ferdinandus, & deinde inuictiſsimus Cæſar, ſucceſsiuèq; potentiſsimus PHILIPPVS Rex, & dominus noſter à ſucceſſoribus ſuis id expetunt, & contendunt, vt in literis ſuper confirmatione priuilegij expeditis, manifeſtiſsimè conſtat) conſequens eſt, atq; decens, vt ſui prædeceſſoris (Regis ſcilicet Petri) priuilegijs & conſtitutioni venerationem præſtẽt & cuſtodiam, dictante hoc notabili tex. in can. iuſtitiæ 25. q. 1. cum non obſeruando exemplo doceant per eius ſucceſſores poſſe ſtatuta ſua diſſolui, can. inſtitutionis 25. q. 2, alibiq; tex. dicit egregiè, ſi ea deſtruerem quæ anteceſſores noſtri ſtatuerunt, non conſtructor, ſed euerſor eſſe iuſtè comprobarer, can. ſi ea, d. 25. q. 2. quidquod Princeps non ſubſcribendo maiorum inſtitutis, ſibi ipſi quodammodo iniuriam infert, ad celebrem tex. in. can. quod verò d. cauſ. & q. dum ibi dicitur, iniuriã † mi- 148
hi facio cum prædeceſſorum meorum ſtatuta perturbo, & alibi eleganter dicit Bald. in conſ. 326. nu. 6. ad fin. vol. 2. quòd vbi ſucceſſor Principis contrauenit factis anteceſſoris, dicitur contrauenire ſibi ipſi, quia ſemper eſt vnum imperium vt dixi ſupra nu. 51. ad finem, & num. 115. probatq; tex. in d. cap. quod verò, qui ſeruit pro dicto Baldi vbi ſupra, licet ipſe dicat

UVA.BHSC

dicat ſe hoc non firmare pro conſtanti, ab eius tamen doctrina arguit præceptor Aymo conſ.241.poſt num.17. verſ. alibi dicit tex.cum igitur vt ſupponitur in facto,præfati Sereniſ.Reges,priuilegium Regis Petri confirmauerint,conſentaneum eſt vt dicamus, ex tali confirmatione ius ita efficax quæſitum eſſe dicto priuilegio, vt illud irreuocabile ſit, id quod in præſenti caſu multò fortius dicendum eſt. Ex quo Diuus Carolus in confirmatione ſua addit clauſulam illam, & quatenus opus ſit de nouo con-
149 cedimus.Ex qua(vt tactũ eſt)noua † conceſsio oritur, ad notata in terminis per Areti.conſ.164.col.3. in principio in ver. fortiter tamen facit& omninò per Nattam conſ. 669. nu.16. quæ cum à Principis liberalitate proueniat, eandem liberalitatem decet,tenere conſtantiam,ne pro oppugnantium ſtudio,quod ſua præceptione ſtabilitum eſt, reuocetur. Regũ c.6.& 10. potiſsimè autem in his in quibus diſponere poteſt,ad latè tradita per Chaſſaneum conſ.64. nu.24. prout ſunt hæc & ſimilia priuilegia.in præſenti igitur caſu ex honeſtate iuridica inuictiſsimus Cæſar ex nouo aſſerto priuilegio Cæſarauguſtanis cõceſſo, nullam præſtabit reſcribendi occaſionem (ſaltim quæ de iure ſubſiſtat) ita vt per eam, ſemel non ſolùm confirmata,ſed de nouo inducta, infirmentur. Ex traditis à Cephalo conſ.133. num.105. & hoc maximè
150 nulla ſubſiſtente legitima † cauſa, quæ aliàs Principes excuſat, ſi per eos geſta moderentur, argumento l. ſi prætor.§. Marcellus ff. de iudi. & not. Lucas in l. prædia col.19. verſ. circa ſecundam C.de locat. prædio. ciui. lib.11. & Burſa. conſ. 78.nu.6.ad fi.His addas quòd in dicta cõfirmatione Cæſarea dicitur, confirmamus iuxta eorum ſeriem & continentiam,quo caſu priuilegium confirmatum non dicitur Regis Petri,ſed Imperatoris confirmãtis, omnia enim noſtra facimus quibus autoritatem noſtram impartimur l.1.§. omnia C.de veter. iur. enucl. cum alijs quæ ad hanc rem Natta allegat d.conſ. 669.d. num.16. in dictaq; confirmatione priuilegij inſeritur de verbo ad verbum priuilegium quod cõfirmatur,quo caſu probabilis mens concedentis eſſe videtur,vt ſic confirmetur prout conceſſum fuit † vt per tex. in c. vlti. de confirma. 151
vtili vel inutili,tradit in terminis Gozadinus,conſ.9.nu.22.& Areti. conſ. 15. col. pen. verſ. confirmatur dicta concluſio, cum autem (vt abũdè ſuperius probauimus) ex priuilegio dicti Regis Petri prohibitum ſit,ne in alio loco,quàm in Oſcenſi ciuitate ſtudium erigi poſsit, ſi confirmatio (quæ fit iuxta tenorem cõfirmati) debet confirmato correſpondere, dicendum eſt,vt ex ea quam Diuus Carolus Quintus facit, talis etiam prohibitio neceſſariò induci debeat, à qua prohibitione(eam reuocando aut diminuẽdo dum alteri conceditur) recedere non licet,maximè ſtantibus illis verbis confirmationis prout & quẽadmodum dicta Vniuerſitas Oſcenſis hactenus vſa fuit,& nunc eſt in eorum poſſeſsione & obſeruantia. Ex quibus verbis in confirmatione præmiſſa adiectis, præſumptus quidam contractus oritur,inter confirmantem & eum cuius fauore confirmatio fit,vt ex multis Cacheranus probat, deciſione 139. nu.12. à
quo quidem præſumpto † cõtractu nec 152
Principi recedere ſine cauſa licet, Affli. de prohi.feu.aliena. per Feder.§.præterea ducatus,nu.54.& ſeq. Paul. Caſtren. conſ.133. cum alijs per Cacheranum loco ſuperius citato,allegatis,& tantò minus licebit Principi recedere ab his quæ ipſe confirmando geſsit, quatenus illa verba prout & quemadmodum dicta Vniuerſitas Oſcen. eis hactenus vſa fuit & nunc eſt in eo-

rum

UVA.BHSC

rum poſſeſsione & obeſeruãtia, inducta ſunt
ad ampliandum, augendum, fouẽdum
& illuſtrandum id quod cõceſſum fuit,
vt ſignanter Natta reſoluit conſil. 160.
nu. 19. ad fin. & videtur expreſſus tex. de
hoc (quem Natta nõ allegat) in l. fi. ver.
poſt depoſitam de agent. in reb. lib. 12.
C. ſeruiuntq; omninò dicta Gozadini in
d. conſ. 9. nu. 22. & tantò magis hoc dicẽ-
dum eſt quatenus ex iſtis verbis aper-
tiſsimè conſtat Principem non velle fa
cere vlla ratione actum contrarium, nã
153 longa † priuilegiorum obſeruatio ipſo-
rum priuilegiorũ fida eſt interpres, Ro-
ma. conſ. 271. nu. 3. Soci. Senior conſ. 111.
col. vlti. lib. 1. Deci. conſ. 156. col. vlti. qui
& illud addunt, hanc obſeruantiam nõ
requirere longam temporis præſcriptio
nem. At qui (vt certum eſt) in caſu no-
ſtro iam diu obſeruatum fuit, quod in
præſenti regno Aragonũ obſiſtente præ-
dicto Oſcenſium priuilegio Vniuerſi-
tas erecta non fuerit, neq; erigi potuerit,
ergo &c. Et prædicta omnia quæ ex con
firmatione Cæſarea ad firmitatem no-
ſtram muniendam inducta ſunt, locum
etiam ſibi vendicabunt in confirmatio-
ne moderna facta per Sereniſs. dominũ
noſtrum Regem PHILIPPVM,
de anno 1564. verùm enim verò quod
plurimum noſtram ſententiam munit
(& ſi fas eſt ſic loqui) poteſtatem Regiã
minuit (quominus non debeat votis Cæ
ſaraugustanorum acquieſcere) in ea de-
claratione conſiſtit, quam ipſe dominus
noſter Rex circa confirmationem facit
ſub his verbis. Declarantes quod noſtræ intẽ-
tionis non eſt quod per quæcunq; priuilegia cõ-
ceſſa noſtræ ciuitati Cæſarauguſtæ aliquod cauſe
tur præiudiciũ priuilegijs dictæ ciuitatis & Vni-
uerſitatis Oſcæ deſuper inſertis &c. Ex quib9
inquã verbis ſuppoſitis præmiſsis, quòd
ſcilicet ex confirmatione quam fecerũt
Principes anteceſſores, voluerint priui-
legia Oſcenſia firma manere (vt in pũ-
cto noſtro circa hæc verba tradit multa
notanda Zaſius conſ. 10. nu. 26. vol. 2.) cõ
firmatio præfati Sereniſs. domini noſtri
Regis multò plura addit, ex his quæ in ſi
mili Are. tradit conſ. 76. nu. 1. ad fi. & nu.
ſeq. Tum vel maximè, cum ex ea colli-
gatur velle tollere contrarium priuile-
gium (ſi quod eſt) Cæſarauguſtanis con
ceſsũ, ex innata poteſtate & vi illius di-
ctionis, quæcũq;, quæ † nullam reſtrictio 154
nẽ patitur, Alcia. conſ. 80. nu. 3. latè Mã-
doſ. ad Roman. conſ. 31. nu. 2. & ſeruit tex.
in l. cũ pater, §. filius ff. de lega. 2. & quod
per eum Cuman. tradit conſ. 162. poſt
nu. 3. ver. & vt omnis abſit dubitatio, neq; re
fert quòd in ſpecie prætenſum Cæſa-
rauguſtanorum priuilegium non refe-
ratur, nam ſatis de eo ſpecialis mẽtio fa-
cta eſt, ex quo vigore illius nimium va-
gæ dictionis, quæcunq;, videtur derogare
omnibus priuilegijs contra hanc ciuita-
tem Oſcenſem facientibus, etiam quòd
de his ſpecialem mentionem facere de-
beret, ad quod multa allegari poſſent,
ſed nũc pro opportunitate ſufficiat An-
geli deciſio in l. omnes, circa principiũ,
C. de præſcript. 30. vel 40. annorum, quo
loci per eum tex. voluit, quòd ſi Prin-
ceps deroget omnibus priuilegijs ſtatu-
tis & reſcriptis etiam ſi de eis neceſsè eſ-
ſet mentionem facere ſpecialem, tan-
tum operãtur verba illa ſic generaliter
emiſſa, ac ſi de omnibus priuilegijs ſtatu
tis & reſcriptis ſpecialiter nominatimq;
mẽtio facta foret, & Angel. deciſionem
ſequitur Alexand. (vbi multis etiam cõ
firmat) conſ. 155. nu. 16. vol. 6. & Natta (in
caſu ſuo ad quędam obſtacula ſic reſpõ
dens) in conſ. 607. nu. finali, quæ cum ita
ſe habeant, quòd videlicet ex dictis ver-
bis dominus noſter Rex, non ſolùm vo-
luerit cõfirmare, ſed (prout dictum eſt)
addere ipſi confirmationi (ſicuti cum
eſ-

UVA.BHSC

effectu addidit) ſequitur neceſſariò (ſalua Regia clementia) præfatum dominum noſtrum Regem non poſſe Cæſarauguſtanis ſuper erectione prætẽſi ſtudij priuilegium concedere, aut ſi quod obreptitiè, aut ſubreptitiè habent, confirmare, nec approbare, argumento eorum quæ omnio ad rem noſtram tradit Menoch. conſ. 1. poſt nu. 402. dum in materia multum affini noſtræ, ex cõfirmatione multorum Imperatorum dicentium ſe nolle ex ea aliquibus perſonis inferri aliquod præiudicium, ait, Principes ſic confirmantes ſibi ipſis manus li-
157 gare † ita vt denuo nihil poſsint in contrarium diſponere, ſtãte regula qua cautum eſt, vt quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poſsit, c. quod ſemel, de reg. iur. lib. 6. vt in loco citato per præfatum Menoch. latius habetur, & quia ex dictis verbis videtur Sereniſs. dominus noſter Rex demonſtrare deeſſe ſibi voluntatem in futurum aliter diſponendi, argumento tex. in l. honores, §. fi. ff. de de decur. ibi, ſi contrariam, prout in ſimili ex illo tex. ſic dicit Igneus in §. non aliàs ex l. neceſſarios, nu. 170. ad Syllania. Vbi etiam videas nu. 176. & in optimo ſimili Zuchardum in Rubri. de pact. nu. 15. & tantò magis in præſenti ſpecie hoc dicẽdum eſt, quatenus nulla videtur ſubeſſe de nouo cauſa, propter quam cum præiudicio Oſcenſium, Cæſarauguſtanis concedi debeat, quo caſu intrant tradita per Deci. in Rubri. C. qui admitti lect. 2. nu. 20. in q. de poteſtatibus, dum concludit ex ſuperuenientia cauſæ de
156 nouo † quæ non erat nota tempore contrariæ conceſsionis, poſſe magiſtratus iura tranſgredi, quaſi quòd cum ex cauſa noua mouentur, videantur magiſtratus permittente lege id facere, quæ in prohibitione talẽ caſum includere minimè voluit, argumento l. ſi hominem, ff. manda. Quod tamen in puncto noſtro dici minimè poteſt. Ex quo (vt tactũ eſt) nulla cauſa hodie ſubeſt de nouo, quæ tempore conceſsionis Regis Petri nota nõ fuiſſet, & ita in terminis noſtris Alexand. arguit conſ. 203. num. 14. vol. 6. niſi ea, quæ ex vtilitate publica reſultat, allegetur, quaſi quod publicè interſit ſtudia atq; Gymnaſi multiplicari, quæ ſimiliter ratio noua non eſt, cum omni tẽpore viguerit, nihilominus tamen, illa eadem ſola non eſt ſufficiens, præſertim quo ad præiudicium Oſcenſis ſtudij, cũ (vt videmus) erectio ſtudiorũ ſit de ge-
nere † prohibitorum d. §. hæc tria, & ex- 157
perientia rerũ migiſtra docet nos quid in præmiſsis agi debeat, cum in prouincijs quãtumuis ſplẽdidis videamꝰ, quòd ſint raræ Vniuerſitates, & per illam ra-
tionem † nimis generalem, vtilitatis pu 158
blicæ, cum particulares rationes cõtrarium ſuadent, mutatio iuris veteris induci non debet, ad hoc glo. celebris in clemẽtina, auditor, extra de reſcrip. quã (vt magis ſeruiat) induco, licet enim ratio illa circuitus vitandi de qua in tex. ibi, vendicaret ſibi locũ in auditore extra curiam dato per Papam, non tamẽ fit extenſio, vt dicit eo loci glo. quia ratio illa fundata erat ſuper nimia generalitate, per conſequenſq; iuri cõmuni nimis præiudiciale eſſet, ſi (autoritate eius) fieret extenſio legis corrigentis, & ita in ſimili dictam glo. intelligit, ex eaq; arguit Conſtantius Rogerius in l. 1. nu. 37. ff. de donatio. nec non in tracta. ſubſtitutio. in materia fideicõmiſſariæ, q. 6. n. 70. ad hocq; facit benè quod Bal. tradit in d. conſ. 327. poſt nu. 3. vol. 1. dum ait, in dubio Principem non intelligi iura priuatorum tollere velle, maximè ex verbis generalibus & effuſis, ex multis quæ ibi allegat.

Supereſt iam vt (pro colophone eorũ



UVA.BHSC

quæ à nobis propoſita fuerunt) argumẽ
tis & telis in nos iniectis, ſatisfaciamus.
Et ad primum quatenus ex liberalitate
quæ principibus congruit, inferebamus,
potuiſſe Diuum Carolum Cæſaraugu-
ſtanis tale priuilegium largiri, breuiter
reſpondeo, tale argumentum procede-
re, niſi ex illa liberalitate multa ſpecia-
lia ſequerentur, quo caſu ne tale incon-
ueniens ſequatur liberalitatẽ ipſam fre-
159 no ſubiacendam † eſſe, cenſuit Bald. in l.
fi. lect. 1. num. 4. ibiq; Iaſ. examinat poſt
nu. 32. ver. quinto ſignanter limita. ff. de con-
ſti. Princip. quo loci inquam Bald. vo-
luit beneficium Principis ſic eſſe inter-
pretandum, vt multa ſpecialia non in-
cludat, licet enim vna diſpẽſatio fauo-
rabilis ſit, plures tamen odioſæ ſunt, l. ſi
quando, C. de inoff. teſtam. vbi conceſ-
160 ſio facta inhabili de teſtando † non in-
cludit vt poſſit omiſſa iuris ſolemnitate
teſtari, quod maximè in ſpecia noſtra lo
cum habet, ex quò conceſsio facta per
Diuum Carolum Cæſarauguſtanis ma
net in finibus priuilegij, quo caſu maxi-
mopere viget diſpoſitio, d. l. ſi quando,
vt idem Bal. ſeipſum declarans in dicto
loco voluit, quem in hoc vltra Iaſ. ibi, ſe-
cutus fuit Natta conſ. 464. poſt num. 17.
quod autẽ hic ſpecialia concurrant atq;
cumulentur, apertiſsimè conſtat ex quo
tale priuilegium inductum eſt cõtra iu-
ris cõmunis regulam, de qua in d. §. hæc
tria, in proh. digeſtorum, & quia induci-
tur cum damno & iniuria Oſcẽſium (vt
ſupra probatum fuit) quod maximè at-
tenditur. & ſi enim verum ſit (vt in argu
mento dictum eſt) Principẽ poſſe vnire
& ſeparare, non tamen cum alieno in-
161 commodo id facere † debet, neq; poteſt,
ex eodem Bal. ſic ad præmiſſa reſpon-
dente in d. conſ. 327. nu. 3. vol. 1. vbi omni-
nò videatur, quia multa pro opportuni-
tate noſtra dicit valdè notanda.

Minus obſtat argumentum deſum-
ptum ex d. l. qui fundos, quia tex. ille mi
nimè † procedit vbi ex cauſa remunera 162
tionis conceſsio proceſsiſſet, prout ex-
preſsè tenet Bal. in d. l. qui ſe patris, col.
antepen. poſt nu. 12. & Feli in d. c. quæ in
Eccleſiarum col. 17. extra de cõſti. & alij
pleriq; quorum meminit Ioan. Lupus
in d. Rubri. de donatio. inter. §. 50. nũ. 6.
verſ. ex iſtis fol. 29. col. 2. neq; hoc funda-
mento caret, nam cum tunc conceſsio
tranſeat in contractum, vt probatum
fuit ſupra, plenitudo poteſtatis tali caſu
nihil operatur ad tollendum ea, quę per
vim contractus cõceſſa fuerunt, ita De-
ci. conſ. 111. col. 5. ver. & ad hoc, Pariſ. conſ.
11. nu. 125. lib. 1. Brunus cõſ. 117. num. 307. &
præceptor meus Aymo d. conſ. 241. poſt
nu. 18. verſ. ad ſecundum reſpondeo, ibi, ſecus
eſt in iure quęſito de iure gentium, latiſsimèq;
omnium Burſa conſ. 16. nu. 56. lib. 1. & ita
etiam ceſſant ea quæ ad corroborãdum
hoc argumentum à præfato Natta ad-
ducta fuere in d. conſ. 657. maximè illud
de doctrina Angeli in d. l. Antiochẽſium
ff. de priuileg. credi. dicentis, in Principe
reuocante iuſtam illam cauſam cenſe-
ri, quia ipſe cõceſsit, nam hæc vera ſunt
in his in quibus Princeps liberè diſpone
re poteſt, quod in ſpecie noſtra minimè
admittimus, cũ nec Principi liceat ad-
uerſus contractum ſuum venire, & ita in
hoc caſu etiam quo ad Principem limi
tanda † eſt diſpoſitio l. in re mandata C. 163
manda. prout in terminis noſtris ita
temperat præceptor Aymo d. conſ. 245.
nu. 18. verſ. tertio reſpondeo, id quod tantò
magis etiam in Principe obtinet, quate-
nus ſi liberè diſponere potuiſſet, non fo-
ret ſine præiudicio tertij, quo caſu d. l. in
re mandata minimè locus eſt, ad notata
per Ancharra. conſ. 155. col. 2. circa med.
& per Areti. in l. ſi quis vi. §. differentia
in diffinitione dominij (vbi addit ſaluo
iure

UVA.BHSC

iure tertij,ff.de acquirenda poſſeſs.

Non minus etiam ſatisfactum videtur dictis Nattæ,dum ſupponit in ſpecie ſua conceſsionem in terminis priuilegij conquieſcere, quia cum alia in caſu ſuo concurrant, quæ propoſito noſtro non congruunt (vt inferius explicabimus) ex diuerſis illatio non fit,vulga. l. Papinianus exuli,ff.de minor. quidquod abſurdè dictum non videretur, ſi ſtatuamus Principem non ſolùm vbi aliquid concedit per viam pacti,aut conuentionis tollere id minimè poſſe, verùm vbi
164 etiam id per viam † meri priuilegij concederet,ex tex. in can. iuſtitiæ 25, q. 1. & c. inſtitutionis,& c. ſi ea 25. q. 2. quorum iurium (generaliter loquentium) autoritate motus, hoc aſſeuerat præceptor Aymo.d.conſ.241.poſt nu.17.verſ. alibi dicit tex. quod tamē in præſenti ſpecie niſi alia (de quibus diximus) concurrerent, firmare non auderem,ideo præcedenti ſolutioni (veluti tutiori) adhereo,ex qua ſi benè aduertatur, omnia argumenta Nattæ penitus ceſſant.

Neq; quod de precario adijcit,vrget, quoniā in præſenti ſpecie ſuppoſitā conceſsione remuneratoria Regis Petri, actus inde geſtus notiſsimos fines precarij excedit, vt notius eſt quàm probare debeamus.Minus etiam mouet me,cōfirmatio conceſsionis Cæſarauguſtanæ facta per Summum Pontificem Paulū Quartum,quia reſpōdeo,quòd talis cō-
165 firmatio ex certa ſciētia Pōtificis † quātumuis facta, in præiudicium tertij non valet,ad notata per Abb. in c.ſua nobis de confirma. vtili, vel inutili,cum alijs quæ(pro prædicta reſponſione)Gozadinus allegat cōſ.62.poſt nu.15. quibus addas quòd etiam ſi Pontifex maximus in Bulla confirmationis omnes clauſulas ſibi benè viſas poſuiſſet,vt puta de plenitudine poteſtatis, ex certa ſcientia, non obſtantibus quibuſcunq;, & ſimiles,adhuc ex illis clauſulis confirmatio minimè ſubſequeretur,ſtāte eo,quod vitium in principali † cauſa propter ſubreptio- 166
nem allegatam,lateret,prout per multa quæ allegat ſatis ad rem noſtrā egregiè ſic Cacheranus concludit,deciſione 142.nu.17.

In ſumma tandem non obſtat † tre- 167
mendum (prima quod aiunt facie) conſilium Nattæ 657.quia in diuerſis terminis illud procedit,ſupponitur enim,ibi, vigere cauſam de nouo propter quam à Taurinenſibus adimitur, tum propter bella, vt per eundem Nattam ibidem nu.10. tum quia vt fortior cauſa appareat, Taurini ciuitas ſub poteſtate inimicorum erat,hæq; iuſtiſsimæ ſunt cauſæ, vt à primo citra iniuriam adimi poſsit, alteri concedendo,ſicuti in terminis noſtris obſeruat glo.in d.c. Abbate ſanè de ſent.& re iudi.lib.6.eamq; ad hoc ponderat & inducit Roma.cōſ.298.nu.1.& Soc. conſ.58.poſt nu.7.& nu.8.& 9.vol.3. poſt eoſq; Suarez alleg.9. nu.9. poſt medium in verſ. & hoc apertè determinatur. At in ſpecie noſtra hæc ratio ceſſat,cum ciuitas Oſcen. perpetuò & nō ſine fidelitate magna (vt Sereniſ.Rex Petrus teſtatur) in eius dominio permanſerit.

Ex eo etiam quod Natta multoties repetit, priuilegium ſcilicet ſtudij Taurinenſis non fuiſſe conceſſum propter pecuniam,neq; propter benemerita, conſtat,non ſeruire ad ſpeciem noſtram,in qua vt ſæpiſsimè dictum fuit, ſupponitur,propter benemerita Oſcēſium à Sereniſsimo Rege Petro cōceſsionem obtentam fuiſſe. Per conſequenſq; cum in his duobus caſibus quoad ademptionē diuerſæ rationes concurrant, diuerſa quoq; iuris debebit eſſe diſpoſitio l.illud ff.ad leg. aquil. Sicq; quamuis ſubſiſtēte iuridica ratione Taurinenſes poſsint



UVA.BHSC

hoc malum quod in adeptione cõſiſtit, ſuſtinere, id tamen æquum non eſt vt Oſcenſes ſufferant, cum in eis nulla de nouo accedat cauſa, propter quam à veteri cõceſsione recedere liceat, vt enim elegantiſsimè à Iureconſulto ſcriptum eſt in l. 2. ff. de conſti. Princip. In rebus
168 nouis † conſtituendis euidens eſſe vtilitas debet, vt recedatur ab eo iure quod diu æquum viſum eſt, qua in lege dictio illa euidens omninò expendi debet, quaſi quòd non quæuis ratio apparenter vera attendatur, ſed illa tantummodo quæ euidẽter citra cauillum, aut ſimulatam tergiuerſationem certiſsima exiſtit, il-
169 lud enim † euidens eſt, quod ſemper palàm eſt, ſemperq; apparet l. ea quæ, ff. de contrahen. emptio. c. euidentia extra de accuſ. c. fi. extra de cohabita. cleri. Lucas de Penna per hæc iura in l. euidenter, de excuſ. munerum lib. 10. C. & quamuis loco euidentiæ aliquando coniecturę ſubrogentur, l. licet imperator (vbi Bar. & dd.) ff. de leg. 1. eas tamen coniecturas debet lex pro veritate habere, ad tex. in l. lucius, ff. de condi. & demonſtra. per quem ſic dixit Bal. in c. 1. §. conuenticulas, col. 3 de pace iuram. firman. quem Hippo. refert in Rubri. C. de prob. nu. 334. ad finem. Et vt oſtẽdimus rationes quibus mouentur Cæſarauguſtani non ita ſunt euidentes, vt quoad legem figuram obtineant veritatis, per conſequenſq; nec quoad Principẽ, qui in terris aminata lex † eſt §. fi. in auth. de 170
conſulibus, ſicq; non operantur effectus quos euidentia rei producit, de quibus latè Balb. diſſerit in repet. l. Celſus n. 49. ff. de vſucap. Et hæc (pro temporis anguſtia qua vrgeor) pro munimine huius cauſæ dicta ſufficiant, ex quibus ſi non turgidè, fideliter tamen & verè apparebit, quantam in hac pugna Oſcenſes iuſtitiam foueant, ſperoq; ſic de ea ab integerrimis, pariterq; æquiſsimis iudicibus dominis meis pientiſsimè ſentiendum, vt cum eam Chriſtianiſsimo, pariterq; iuſtiſsimo domino noſtro Regi PHILIPPO veluti micantem aperuerint, mea quidem ſententia non eueniet Principi noſtro prudentiſsimo id, quod Bal. ſcriptis mãdauit conſ. 326. nu. 5. ad fi. vol. 1. quem Dec. refert conſ. 197. in fi. aſſerẽs, hoc ſolo ſupremos Principes priuari, quòd non ſit qui eis veritatem patefaciat, quam me ardua hac in re obſeruaſſe, profiteor, quidquid autem pro iuſtitiæ fundamento à me dictum fuerit, integritati religioſiſsimi domini mei Præſidis maximi, acerrimoq; eorum iudicio libenter ſubijci volo, qui poſt me doctius & accuratius ſcripturi ſunt.

¶Finis.

¶SOLI DEO LAVS, HONOR, ET GLORIA.

*MARTINVS MONTER OSCENSIS, I. V. D.*

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC